This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

SCIENTIFIC LIBRARY.

Shelf number 130-2699

[redacted]

RKE, DAVIS & CO.,
DETROIT, MICH.



THE GIFT OF
PARKE, DAVIS AND COMPANY

[redacted]

QH
43
S9
G56
1789

Linné, Carl von

CAROLI A LINNÉ,

EQUITIS AURATI DE STELLA POLARI,

Archiatri Regii, Med. & Botan. Profess. Upsal. Acad. Paris. Upsal. Holm. Petropol. Berolin. Imper. Londin. Angl. Monsp. Tolos. Florent. Edinb. Bern. Soc.

SYSTEMA NATURÆ

PER REGNA TRIA NATURÆ,

Secundum Classes, Ordines, Genera, Species; cum Characteribus & Differentiis.

TOMUS III.

EDITIO DECIMA TERTIA, AUCTA, REFORMATA.

CURA

JO. FRID. GMELIN,

Philos. & Med. Doctor. hujus & Chem. in Georgia Augusta Prof. P. O. Acad. Cæsar. Naturæ Curiosorum & Electoral. Moguntin. Erfordensis, nec non Societ. Reg. Scient. Goettingensis, Physicæ Tigurin. & Metallicæ Membri.

LUGDUNI,

Apud Bernuset, Delamollière, Falque et Soc.

1796.

Ed. d. B.

JEHOVÆ *est Terra & plenitudo ejus,*
orbis terræ, & quæ habitant in eo.
Ipse super Maria plantavit eam,
& super Eam firmavit flumina.
Ascenderunt Montes & descenderunt Campi
in locum, quem fundavit eis.

DAVID. XXIV. 1, 2, c. IV. 8.

PRÆFATIO AUTORIS.

LITHOLOGIA mihi criſtas non eriget, Lapides enim; quos quondam in deliciis habui, tradita demum aliis diſciplina, ſepoſui, neque nunc, niſi laceſſitus, recepiſſem.

PRIMUS anno 1736 Lapides in *Methodum Syſtematicam* diſpoſui, conſtituendo *Genera* fixa *Characteribus* definita, quæ omnia non omnibus inviſa fuiſſe, ex ſcriptis ſucceſſorum intellexi, quamvis nonnulli meis humeris inſiſtentes, circumſpexere altius, quædam mutando addendoque non ſine ſupercilio.

DEIN ſurrexere varii Lithologi & Mineralogi conſummati: WOLTERSDORF, WALLERIUS, JUSTI, SWAB, CRONSTEDT, VOGEL, qui divino afflatu inſpirati ſua obſervata cum erudito orbe communicarunt, quibus, quod infinito labore & ſudore montium & Naturæ abyſſum penetrarunt, ſempiterna ab omnibus æquis cenſoribus debetur gloria; ſapientes enim eruditos maligno dente ſe invicem rodere, non equidem invideo, ſed miror magis; at homo natura malus morum cultura & nobiliore educatione emendandus: de ferro eſt ultima ætas.

MINERALOGI viam Chemicam incedere coacti ſunt pro ſcopo Metallurgo obtinendo, a qua in viam Phyſicam aſcendere allaborarunt; hi lithologiam ſibi vindicarunt tanquam propriam, quemadmodum Medici olim Botanicen. In his primas tenet incertus (*Anonymus in Mineralogia Holm.* 1756. *oct.*) de cujus autore utar verbis Iſaci mutatis: vox Swabii, manus Cronſtedti; illius *) enim dogmata dudum in familiari colloquio audivi, antequam hic adoleverat.

*) *Summus Mineralogus* Ant. Swab *obiit d.* 28 *Jan.* 1768. *æt.* 64.

A 2

9-28-34 mew

IPSE Lapides non fcopo Metallurgico, fed ut Naturæ Confultus omnibus gentibus utiles confideravi, Viam Mediam incedere coactus, nec aufus ubique affociare germanos fratres (Cretam & Silices;) nec profcribere Genera, quæ Natura civitate donavit (Humum, Cotem, Nitrum;) nec feparare, quæ hæc fœderato connubio conjunxit (Spati f. Schifti fpecies.)

LITHOGENESIAM ftudiofe in itineribus quæfivi, didicique eam abfolvi Præcipitatione & Cryftallifatione, atque Terras profterni, fed Quartzum, Spatum, Micamque exfurgere. Terras femineas dein impraegnari a Salibus mafculis, indeque prognafci Nobiliores; horum vero plurimos a Marte, proteo magis mutabili, pro indole cujufcunque conjugis.

SALIUM metamorphofin etiamnum occlufam Lithologis ferio commendo, quæ fi æque aperta fuerit ac hodie Terrarum janua, nova lux affulgebit Lapidum genefi. Cryftallos lapidofa, quod Salibus dudum fubjeci (ob rationes alibi *) datas, & pluribus dein confirmatas, adeoque non mutandas) a variis reprehenfus fui, fed vix ab aliis, quam qui ignorant, quid diftent Silices a Calce.

PETRARUM ordines nomine, non vero omine, mutavi, uti dudum Mammalia, ne hallucinarentur frivoli.

TERRAS Primitivas lubenter Petris præmififfem, fi leges Artis & Naturæ admififfent, fed prævidens me incidentem in Scyllam cupientem vitare Charybdin, obfervavi Naturæ fimplex veri figillum per circulum incipere, ubi definit. **)

Upfaliæ 1768.

---

*) *Amoen. acad.* I. *p.* 454.

**) *Salom. Concion.* III. 10.

PRÆFATIO EDITORIS.

Si in omni alia hiſtoriæ naturalis parte preſſius ſequi immortalem Autorem, muneris mei eſſe putavi, in hac certe viam ab eo calcatam & præmonſtratam pauliſper deſerere conſultius duxi; non enim moræ modeſtiæ, ſed veritatis ſigillo notata ſunt, quæ in primis ſuæ præfationis lineis enunciavit.

Quamvis multa ſagax prævideret, quæ noſtra demum ætas in apricum protulit, tam multa tamen, ſive ad principia, ab eo ad explicandam mineralium generationem, & formam præſentem ſtabilita, ſive ad diſtributionem in claſſes, ordines, genera & ſpecies, ac fundamenta, quibus illa nititur, ſive denique ad notas reſpicias, quibus & genera & ſpecies diſtinxit, tumimmutanda, tum addenda occurrunt, quæ aut fertili ſuo ingenio hinc inde nimis indulgens, prætervidit B. Autor, aut tum coævorum ipſorumque ejus popularium, tum mineralogorum noſtram hanc ætatem ornantium *T. Bergmani*, *Scheelii*, *Ferberi*, *Kirwani*, Generoſiſſ. de *Veltheim*, *Trebras* & *Wulſen*, *Sauſſurii*, *Hæpfneri*, *Storrii*, *Mayeri*, *Meyeri*, *Klaprothii*, *Gerhardi*, *Bruckmanni*, *Werneri* & præcipuorum Clariſſ. Viri diſcipulorum *Voigtii*, *Karſtenii*, *Widenmanni*, *Hoffmanni*, porro *Pallaſti*, *Georgii*, *Fortis*, *Sc. Brislacii* aliorumque indefeſſa induſtria recentius detexit, aut felicius ingenium dilucidius expoſuit meliusve perſpexit.

Aquæ ſuos natales debere terram vel refragatur omnibus quas de ortu terræ ejusque & aquæ vera indole concipere licet, conjecturis, vel ambigue ſaltem dictum eſt; plurimam terræ partem, quam noſtra hac ætate & a multis retro ſeculis ſiccam colimus, olim infra aquas hæſiſſe, mariſque undis tectam, & ſuperiora terræ noſtræ in plurimis regionibus ſtrata, non conſtent niſi terra ex his aquis, per quas antea diſperſa erat, præcipitata & animalium, quæ quondam has aquas inhabitabant, ruinis, cuilibet naturæ officinam attento animo perluſtranti, ultro patet.

Terras acefcendo vel putrefcendo gigni non nifi de humo valet; calcem non omnem ex animali regno proficifci, tot montium calcariorum primævorum, five ætate corporibus animalibus fuperiorum exempla edocent; argillam plurimam ex fatifcentibus petris durioribus, five ignis fubterranei vi progenitæ fuerint, five aliam originem nactæ, quales v. g. fpathum fcintillans, fchiftus, mica &c. tot obfervationes noftris temporibus ubivis obviæ loquuntur; multant arenæ partem idem primordium capere, aliam non quidem ex aqua, fed aquæ, dum ex fummis montium cacuminibus præceps agitur lapidum frufta fecum rapientis et triturando in granula comminuentis vi oriri neminem, qui naturæ continue agentis contemplatione delectatus, latere putem.

Talcum pluresque lapides, quos B. Autor huic generi fubjecit, & asbeftos terram continere, quæ, quamvis a *B. Marcgrafio* jam tanquam pars princeps evidentiffime demonftrata fit, ab ipfo neglecta fuit, magnefiam albam fcilicet, novimus omnes; hanc autem ex argilla nafci, quis, quæfo, affeverante quamvis *Linnæo*, fibi perfuadebit?

Schifti partem ex humo nafci, negari vix poteft; plurimum vero lapidis, hoc nomine defignati partem, & humo, & omnibus corporibus vivis, ex quorum ruinis humus exfurgit, antiquiorem effe, ejus in montibus fitus luculenter teftatur.

Ochram in quam fchiftus interdum refolvitur, non a materie fchifti ipfius, fed ab innidulante fæpius & fatifcente pyrita proficifci, facile eft demonftratu.

Calcem in filicem converti, funt utique & noftra hac ætate, qui contendant; at caveant, ne meram fegregationem particularum filicearum a calcareis quibus fæpe intertritæ funt, pro commutatione harum in illuc habeant.

Cryftallorum generationem falis adminiculo mirifice promoveri, ex officinis chemicis conftat; conftat etiam, terras aqua acido aëreo imprægnata folutas hoc fenfim fenfimque effugiente facilius longe cryftallorum forma præci-

pitari; neque tamen inde concludi poteſt, omnibus cryſtallis lapideis, ut gignantur, ſale quodam opus eſſe, & multo minus, omnes cryſtallos lapideas ſalem continere, aut ſalia eſſe, quum chemicum ſcrutinium in plurimis certe earum ne miculam quidem ſalis detexeris, & omnibus eſſentiales, ab ipſo B. Linnæo exactæ, ſalium notæ deſint.

Colorem lapidum terrarumque cæruleum atque viridem frequentius a ferro provenire, quam quidem a cupro ſerius examen edocuit; magneſiam quoque nigram in tingendis atque pingendis aliis mineralibus ſæpius a natura adhiberi, *Mayeri* inprimis opera novimus.

Metalla ex terra, ſale & ſulphure conſtare vetus quidem eſt opinio; verum an perinde vera, noſtriſque temporibus confirmata? Vix videtur.

Petrificata, uti appellunt, noſtris temporibus omnino viſa ſunt in quarzo & calcario ſpato.

Fiſſuras rupium exſiccatione, aquæ ſenſim ſenſimque penetrantis, ſolventis, eluentis, dum in glaciem abit, diſtendentis vi, terræ motibus vehementioribus, ignis ſubterranei violentia natas eſſe, valde probabile eſt.

Molybdænum metallicæ eſſe indolis noſtra ætas confirmavit; metallo tamen & ab omnibus aliis, B. *Linnæo* jam cognitis, & ab eo metallo, quod tum magneſiæ nigræ, tum ſpumæ lupi ineſt, quas ille in unum genus cum molybdæno confuderat, diſtincto.

Lapides judaicos echinorum quorumdam aculeis ſuos debere natales, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt.

REGNUM LAPIDEUM.

Fuisse HUMOREM rerum initium *Aquamque* Terræ primordium, e quo surrexere omnia, teste Mose, Thalete, Seneca, manifestatur, dum chaoticum Nucleum inundans Mare genitum in se fœtidum lente enititur in *Continentem*, quam, exhalando continuo *Rorem*, in *Nebulas* elevandum, imbribus æthereis rectificatis deciduis quotannis lactat. *Cataclysmi* universalis certa rudera ego nundum attigi, quousque penetravi; minus etiam veram *terram adamiticam*, sed ubique vidi factas ex Æquore Terras, & in his mera *Rudera* longinqui sensim præterlapsi ævi.

AQUA oceani humida, frigidula, passiva, concipiens, ubique fœcundata a sicco, calescente, activo, generante AERE, observatur in sinu suo intimo prægnans gemino Fœtu:

Masculo solubili, acri, claro, crystallino SALINO,
Femineo fixato, viscido, opaco, attractorio TERRENO.

Privignos insuper duos VEGETABILEM & ANIMALEM, seminum catena continuandos, enutriet hæc Aqua: Hi ambo in terram reducentur perenni circulo, dum etiam horum hæres erit nutrix Noverca.

SALIA sapida, polyedra, diaphana, multiplicativa, solubilia in particulas minimas infinitas, nihilominus semper conformes, concrescentesque iterum iterumque in majores etiam conformes, generant crystallisando, in et ex *terris* variis, varios Lapides:

NITRUM	Aëreum,	obducendo	auget	*Arenam.*
MURIA	Marina,	corrudendo	attrahit	*Argillam.*
NATRUM	Animale,	resudando	coagulat	*Calcem.*
ALUMEN	Vegetabile,	ramificando	ferruminat	*Humum.*

Sic PATRES *Lapidum.*

Pholades *inhabitant mare mediterraneum, intra rupium parva foramina, per quæ adultiores egredi nequeunt, & quidem ad ipsam maris superficiem, nec ultra, ut fluctus hauriant; cumque etiamnum vivæ ibi hærent & reliquerunt sua foramina cum emortuarum testis, ante secula rupibus inclusis & insculptis, & quidem usque in altissimas Italiæ alpes, testes hæ sunt locupletissimi aquæ subsidentiæ.* Confer Donat. Act. angl. 1757. n. 50. §. 11.

TERRÆ pulveræ, siccescentes, dissolubiles, fixæ, primitivæ
Crystallisando generatæ aut *Præcipitando* prognate;
Acescendo progenitæ aut *Putrescendo* renatæ,
e quibus *Crystallisando* s. *Attrahendo* Lapides renascuntur, & hi iterum iterumque in Terras elementorum varietate resolvuntur, regeneranturque, circulo itidem perenni.

ARGILLA Præcipitatio MARINÆ aquæ viscidæ:
Opaca, *plastica*, *friabilis*, *induranda*, *apyra*.

ARENA Crystallisatio PLUVIALIS aquæ turbidæ:
hyalina, *exsucca*, *scintillans*, *persistens*, *vitrescens*.

HUMUS Resolutio VEGETABILIUM acescentium:
nigra, *bibula*, *pulverea*, *flagrans*, *combustibilis*.

CALX Resolutio ANIMALIUM putrescentium:
albida, *absorbens*, *farinacea*, *penetrabilis*, *effervescens*.

ARGILLA Terra aquæ Marinæ, Muriæ olim opposita, sordida, viscida, lubrica, impalpabilis, amorpha, tenax, Colore opaca, Humido plastica, Solo naturali madida, Siccitate friabilis, Ignitione induranda, Ustione apyra, at ex miscela heterogenea in igne polymorpha, siccata diutius compressaque induratur in rasile *Talcum*, quod resolutum regeneratur sæpius in fibrosum *Asbestum*, at vero intime resoluta mire recrescit in squamosam *Micam*.

ARENA Terra aquæ Pluvialis Nitro æthereo impraegnatæ, nitida, fixa, rigida, scabra, crystallina, disjuncta, Colore hyalina, Humido exsucca, Chalybe scintillans, Ignitione persistens, Ustione determinata vitrescens, rejecta ad continentem siccataque pellitur *Arena mobilis*; hæc antiquata friabilis demum evasit *Arena Glarea*; utraque subterranea madens, oblique transverseque fissa, crystallisationis atomis ulterius connectitur in *Cotem*, mixtave peregrinis humosis ferruminatur in *Sabulum*, & hoc dein in varios *Lapillos*, lapillique in *Saxum*, at vero resoluta recrystallisataque conficit *Quartzum*.

Natura *æquilibrat universum rerum Discordiis*.
AQUA *humida*, *viscida*, *attractiva*, ARGILLÆ.
AER *siccus*, *acris*, *crystallinus*, ARENÆ.
ergo *attractio* e viscido, *crystallisatio* e sale:
accedit *fermentatio* Vegetabilis, *putrefactio* Animalis.
unde Acidum, inde Alcali.
primum Solidum ponderosum, *Igneum leve est*.

HUMUS Terra Vegetabilium, Nitri amasia, acescens, Colore nigra, Humidi bibula, Fractura friabilis, Siccitate pulveracea, Ignitione flagrans, Ustione combustibilis, hæc diuturna compressione induratur in fissilem *Schistum*, qui passim bitumine saturatus evasit *Lithanthrax*; resolvitur vero Schistus non raro in terrestrem *Ochram* regenerandam multiplicativa mineralisatione in *Tophum*.

CALX Terra Animalium, Natri conjux, alcalina, Colore albida, Acidi absorbens, Rasione obsecundans, siccitate farinacea, Ignitione penetrabilis, Ustione effervescens, calcificans peregrina Humosa Argillosaque in *Marmor*; at resoluta saturataque acido recrystallisatur in *Gypsum*, acido, sine igne depuratorio, amplius non effervescens; utrumque ab elementis resolvitur in farinosam *Cretam*, aqua ætherea, teste Echinita, concrescentem in *Silicem*; at resoluta, teste Stalactita, recrystallisatur in Spatum.

Sic MATRES *Lapidum*.

LAPIDES e Terris concrescunt, resolvuntur iterum, recrescunt:

ARGILLA	attrahitur	in *Talcum*,	Resolvitur	in *Lithomargam*,	Regeneratur	in *Amiantum*.
ARENA	accrescit	in *Cotem*,		in *Sabulum*,		in *Saxum*.
HUMUS	ferruminatur	in *Schistum*,		in *Ochram*,		in *Tophum*.
CALX	coagulatur	in *Mormor*,		in *Cretam*,		in *Gypsum*.

LAPILLI *Diaphani* e Matre fluida, uti e fixa *Opaci* surrexere, Tincti sæpius alumine Vitriolico, colore varii e Vario; his replentur & consolidantur rupium vulnera cum Cicatrice.

MICA concretio Argillæ, squamosa, flexilis, opaca, nitens, ignitione rigidior, sed nitidior evadens.

QUARTZUM crystallisatio aquæ elementaris, pellucidum, durum, e cavitate aquosa rupium, ideoque semper parasiticum, obscuratis sæpius crystallis motu s. copia.

SPATUM crystallisatio Aquæ calcariæ, diaphanum, fragile, cujus rhombos internos a diversa crystallo gnarus distinguit; marte adulteratum evadit durius chalybeque scintillans.

CRYSTALLI lapidosæ in & ex Aqua, sale impregnata, nec saturata, atomis terrestribus impalpabilibus scatente, in cavis lapidum retenta, exsurgunt quiete et mora; nec iterum aqua solubiles in atomos impalpabiles. Figura polyedra differunt a reliquis omnibus lapidibus nec alia gaudent, quam salibus popularibus propria, quæ crystallisationis unica caussa naturalis hodie nota, nec salia figuram determinarent, nisi simul incorporando. *Stalactites* sic accrescit tunica crystallina, uti *Calculus*, at sine ullo sale crystallos existere nemo postulabit, et terram salibus crystallisari sanus nemo dubitabit; ha-

rum Pelluciditas ab atomis, Color autem a Metallis; Gemmarum a pelluciditate, duritie, persistentia, colore pretium, impotentis itaque humanæ libidinis offuciæ.

VITRIOLUM aluminis natum, Metallo maritatum, varium exsurgit & figura gaudet diversa pro indole cujuscunque metalli; hujus tres frequentissimæ species: *Ferri*, *Cupri*, *Zinci*, illorum totidem vulgatissimi fiunt sulphurei *Pyritæ*, horumque totidem frequentiores evadunt terreæ *Ochræ*. Pyritæ itaque diversi diversam assumant Figuram; horum terra, in quam resolvuntur, vulgo audit *Ochra*, quæ enim e Ferro *lutea*, ustulata vero fit *rubra*; quæ autem e Cupro ex acido *viridis*, ex alcali *cærulea*, inde lapides *Lutei* & *Rubri* plerumque e Ferro, uti lapides *virides* & *cærulei* plerumque e Cupro, utraque ochra crystallisando coagulat terras in *Tophos*.

METALLA supredecomposita constant e *Terra*, *Sale*, *Sulphure*. Ferrum ubivis præsentaneum, sæpe solvitur ab elementis, soluto scilicet salve vitriolico, præcipitataque terra ochracea; Ferrum crystallisando ferruminat Terras in lapides, absorptum multiplicatur metallo, ut vidi in littore, *) sic multoties plus producit, quam primitus acceperat. Stagnans ⊕ in rupium aquam retinentibus fissuris transit ætate multiplicatum præcipitatumque in venam, quæ transverse dissecta, fissuraque repleta terra peregrina mutabit illico metallicam ibi venam in diversam, ut ex Ferro Cuprove sæpe Plumbum Argento dives, &c. Vena n. una eademque variabili modificatione scatet, sæpeque o, ⊕, O=O, 🜍, ♂, ♀, ☉, ☽, ♁, ♄, zz, w.

SAXA rupestria, solidissima, profundissima, vastissima, maxime longæva, tanquam telluris eminentia ossa, ex Arena, Sabulo, Lapillis, Lapidibusque concreta, immixtis passim argillaceis, evadentibus sæpius Talcosis, ferruminata demum in solidiora, repletisque interstitiis, crystallis Quartzi, Spati Micæque varie & temere mixtis; hæc Temporis natos esse ob strata naturæ nullus dubitet, ob partes vero eorum constitutivas nullus non palpabit. Metallurgi imprimis scrutantur hac Minerarum matrices, ex misceia polymorphas, in igne diversas.

PETRIFICATA, Marmoreorum montium verius parentes quam nati, tot possibilia, quot Animalia Vegetabiliave consistentiora; Sapiens itaque coarctet minus fructuosam Scientiam, ignotos tamen hodierni orbis incolas non susque deque habeat. Modi petrificationis

*) Tophus marinus.

quadruplices præprimis obſervantur: *Foſſilia*, *Redintegrata*, *Impreſſa*, *Transſubſtantiata*, ita frequentia in *Marmore*, *Silice*, *Schiſto*, *Cote*, ac inviſa *Apyris*, *Saxo*, *Quartzo*, *Spato* extero.

PARADOXA varia etiamnum ſepoſuit artis calamitas:

FISSURAS Rupium conſolidatas clare diſtinćteque vidimus, at quæ vis valuerit eas frangere, non attigi.

SPATUM omne cryſtalliſando genitum ex cavis repletis perſpexi, nec, ſine rhombis, autorum Spatum unquam concepi; at cur in rhombos frangatur, non ſatis intellexi, aut quando e cubico-muriatico rhombeum evaſerat.

AMIANTUM e terra Talci regeneratum vidi, at cauſam non intellexi.

MOLYBDÆNUM metallicum eſſe dubitare non potui, Zinco ſæpe prægnans aut Stanno a variis didici, an mere tale non credidi.

JUDAICOS lapides e corpore cavo petrificata eſſe perſpicio, cum Spato e fluido generato, ſæpe toti conſtent, at e quo animali orti ſint, me prorſus fugit, quum Echini non mihi ſatisfecerint.

SALIA primaria gaudent propria & determinata figura, ſed mutata ſæpius exoriuntur in diverſam etiam determinatam; at ex qua miſcela propria aut mixtura aliena terrena nondum perſpexere Halurgi. Cumque Metalla ex ſale generantur cryſtalliſando, fruſtra in Metallorum veram transformationem deſudarunt Alchemiſtæ, quamdiu hæc ſalium metamorphoſis etiamnum lateat, quam adeo neglexerunt Metallurgi, ac in terrarum indole toti fuere.

STRATA Telluris *) ex ruptis montibus conformia ſæpius vidi, nec tamen dixero omnia ejuſdem generis eſſe et pelagica:

1. infimum e *Cote*.
2. ſecundum e *Schiſto*.
3. tertium e *Marmore*, nidulantibus Petrificatis Pelagicis, ſæpe etiamnum peregrinis.
4. quartum e *Schiſto*.
5. ſupremum e *Saxo* rupeſtri, ſæpe vaſtiſſimo.

---

*) Strata terræ *varia*, *æquali ordine & diſtantia conſtanter obſervantur*, *ideoque & hæc ſoli accretio*, *tam bene diſtincta*, *multorum ſeculorum potius*, *quam communis cataclyſmi tumultuarium & turbulentum opus cenſeri debeat*. Ramazz. mut. 279.

OCEANUM Matrem Telluris esse nullus non videre potuit:

a. *Imbribus* nitrosis turbatur, præcipitatur & crystallisatur aqua maris in Arenam, maris fundum obtegentem.

b. *Fuco natante* Pelagus passim latissimeque obducitur, unde *quies* aquæ non obsecundantis variabili vento.

c. *Humus* emortui Fuci b) sensim descendit, arena a) levior, dum pergit Fucus b) in pratum natans concrescere.

d. *Vermes* pelagici, Mollusca, Testacea, Litho & Zoophyta, Piscesque natantibus ovis, Avesque compeditæ impennesque sub prato Fucoso pelagico c) pascuntur.

e. Pacata sub aqua b) depluit sedimentum Argillaceum, cum sensim emortuorum vermium testis d) calcareis usque in cumulum altum superficiei maris proximum, dum pressio excitans aquam b) depellat pelagica d).

f. ad Scopulum formatum, ex sua lege, rejicit Mare inprimis Fucos copiosos varios, in *humum* deliquescentes usque dum nuda terra inferior *arenacea* a) emineat, quæ siccata volitat, mixtaque in sabulum saxaque concrescit.

g. Seculorum dein longiori ævo, temporumque perenni quiete.

1. concreta *Arena* a) in *Cotem* 1) varie sed proprie fissam.
2. ferruminata *Humo* c) in *Schistum* 2) lamellosum, combustibilem.
3. indurata *Argilla* e) in *Marmor* 3) a vermibus coagulatum.
4. ferruminata *Humo* f) in *Schistum* 4) superiorem, modo priore.
5. concreta *Arena* f) in *Sabulum* 5) immixtis peregrinis.
6. hoc dein in Lapillos, & hi in Saxa, hæc in Rupes, subsidente demum lente maris aqua evasit *Mons*; nec potuisse altissimæ Rupes 5) natasse supra Argillam, dum, antequam calcificaretur, vermes pelagici in ea adolescerent, ideoque & Rupes saxeas altissimas ævi veros filios esse, dum omnia obmutuere, ipsi loquantur Lapides *) *tantum ævi longinqua valet mutare vetustas.*

SPECIES sæpissime vix ac ne vix quidem sufficienter determinari queunt, cum in his genesis ex ovo omnino nulla unquam existat, sed multiplex mere ludentis naturæ polymorphæ varietas sit & calamitas ipsius artis & Metallurgiæ fundamentum. Species itaque heic, qui laboriose perperam multiplicaverit, æque ignarus est, ac ille, qui omnino discordes combinaverit; nec Matrix in his magis diversas species distinguit, quam in plantis Terræ, Stationes aut solum natale, adeoque in Lapidibus plerumque meræ sunt *varietates*, in quibus cæcutientes errare certant.

---

*) Luc. XII. 40.

VIA triplex tantum per Regnum Lapideum curiosos ducit: PHYSICA, quæ descendit per Lapidum obscuras *Geneses*. NATURALIS, quæ excurrit per Lapidum apricas *Structuras*. CHEMICA, quæ ascendit per Lapidum destructivas *Analyses*. Mediam itaque nunc, ut semper, tutissimam ibit Tyro, sequendo ubique arctissime suum filum ariadneum, ne semioticen cum therapia confundat Empiricus, nec a deperditis atavis sæpe dubiam repetat progeniem, minus panophobus fingat in tenebris imaginarios manes, aut stolide e cineribus regenerandum Poëtæ Phœnicen; discat, quæ repugnent conveniantve nomina rebus, sciatque characteres definiri diagnosticis, nec Etymo. Hæc nec ultra, ne obscurus videar obscurioribus.

In manibus terræ, non hic te carmine longo
atque per ambages et longe exorsa tenebo.

SYSTEMATA
LAPIDUM
SEQUENTIA PRÆCIPUA SUNT.

I. TERRÆ.
Bolus.
Lac lunæ.
Lithomarga.
Umbra.
△ Veronensis.
Viride montan.
Cimolia.
△ coloniensis.
Ochra.
Creta.
Tripolitana.
Porcellana.
Marga.
Gur.
Turfa.

II. SALIA.
⊖ culinare.
Nitrum.
Alumen.
Vitriolum.

III. SULPHURA.
Sulphur.
Bitumen.
Petroleum.
Succinum.
Lithanthrax.

IV. LAPIDES.
1. *Igne persistent.*
Ollaris.
Amiantus.
Asbestus.
Fusorii.

V. 2. *Calcinabiles.*
Calcarius.
Suillus.
Marmor.
Gypsum.
Spatum.
Stalactites.
Fissilis.
Specularis.

VI. 3. *Igne Vitrescentes.*
Arena.
Arenarius.
Gemma.
Granatus.
Silex.
Quartzum.
Crystallus.
Fluor.

VII. FIGURATI.
Lusus.
Geographicus.
Aëtites.
Osteocolla.
Fulminaris.
Violaceus.

VIII. PETRIFICATA.
Lithoxila.
Lithophyta.
Corallia.
Lap. insectiferi.
Ichthyolithi.
Crustacei.
Testacei.
Petrif. animalia.

IX. CALCULI.
Bezoar.
Oculi cancrorum.
Margarita.

X. SEMIMETALLA.
Mercurius.
Antimonium.
Bismuthum.
Zincum.
Plumbago.
Calaminaris.
Magnesia.
Hæmatites.
Magnes.
Smiris.
Cærul. montanum.
Arsenicum.
Auripigmentum.
Cobaltum.
Pyrites.
Basaltes.
Sterile nigrum.

XI. METALLA.
Aurum.
Argentum.
Cuprum.
Stannum.
Plumbum.
Ferrum.

Generum nulli Characteres dati.

Violaceus lapis (a Byſſo Jolitho, ipſi innato,) judicatus propria ſpecies.

Arenam ſeparat a Terris.

Sulphur ord. 3. a. Pyrite ord. 10. diſtinguitur.

Serpentinus ad Marmora refertur ab eo & pluribus.

Micam cum calcariis convenire judicat.

Dividit Lapides ſimplices in eos, qui in *igne perſiſtunt*, qui in *igne vitreſcunt*, qui in igne tranſeunt *in calcem*. Hanc diviſionem aſſumſere dein alii : *Ego* 3, 2, 1. *Woltersdorf* 2, 4, 1. *Wallerius* 3, 2, 1. *Anonymus* 4, 2, 1. *Vogel* 1, 5, 2. mutato ſolo nomine

Methodus Bromeliana nequit dici Syſtema, quandiu Clavis Claſſium, characteres Generum, differentiæ Specierum, Synonyma Autorum deficiunt.

I. PETRÆ.

1. VITRECENTES.
Cos.
Quartzum.
Silex.

2. CALCARIÆ.
Marmor.
Spatum.
Schiſtus.

3. APYRÆ.
Mica.
Talcum.
Amiantus.
Asbeſtus.

II. MINERÆ.

1. SALIA.
Natrum.
Selenites.
Nitrum.
Muria.
Alumen.
Vitriolum.

2. SULPHURA.
Electrum.
Bitumen.
Pyrites.
Arſenicum.

3. MERCURIALIA.
Hydrargyrum.
Stibium.
Zincum.
Viſmuthum.
Ferrum.
Stannum.
Plumbum.
Cuprum.
Argentum.
Aurum.

III. FOSSILIA.

1. CONCRETA.
Saxum.
Tophus.
Stalactites.
Pumex.
Aëtites.
Tartarus.
Calculus.

2. PETRIFICATA.
Helmintholithus.
Entomolithus.
Ichthyolithus.
Ornitholithus.
Zoolithus.
Phytolithus.
Graptolithus.

3. TERRÆ.
Marga.
Ochra.
Creta.
Argilla.
Arena.
Humus.

TERRIS initium facere suadet genesis, sed repugnant Leges Systematis.

Terræ enim omnium consensu constituunt ordinem naturalem, non igitur dividendæ in diversas classes.

Species congeneres separarentur a sociis. *Argillæ* aliæ apyræ virescentes, calcariæ aliæ.

Ochræ tum præcederent Metalla, ante datam ideam Metallorum, quorum tamen progenies sunt, ne dicam, quod aliæ ad cuprum, ferrum, Wismuthum, &c. aliæ referendæ essent.

Species Terrarum aliæ *primitivæ* petris anteponendæ, aliæ *derivativæ*, petris postponendæ.

FOSSILIA si inter petras & mineras dividerentur, etiam *Tophi* & *Stalactitæ* ad diversa genera traherentur a genere suo naturali.

PETRIFICATA plurima subjicerentur *Calcariis* petris, nonnulla *Combustibilibus*, pauca *Pyritæ*, *Cupro*, *Bitumini*, &c.

CRYSTALLOS quod subjecerim Salibus, ne quemquam offendat, mutet vocem SALIS in *Crystalli*, si magis placeat, in verbis erimus faciles; Anne idem, utrum dicas Salia sub Crystallorum genesi determinasse figuram, aut Salium elementa constitutiva? Sic Selenites a Creta in aqua soluta instillato acido vitriolico, v. *Act. Berol. v.* 5. 6. inspersione pulveris terrestris subtilissimi in puncto crystallisationis salium, lapilles prodire dudum vidit *Boyle*.

I. PETRÆ.

I. HUMOSÆ.
1. Schistus.

II. CALCARIÆ.
2. Marmor.
3. Gypsum.
4. Stirium.
5. Spatum.

III. ARGILLACEÆ.
6. Talcum.
7. Amiantus.
8. Mica.

IV. ARENATÆ.
9. Cos.
10. Quartzum.
11. Silex.

V. AGGREGATÆ.
12. Saxum.

II. MINERÆ.

I. SALIA.
13. Nitrum.
14. Natrum.
15. Borax.
16. Muria.
17. Alumen.
18. Vitriolum.

II. SULPHURA.
19. Ambra.
20. Succinum.
21. Bitumen.
22. Pyrites.
23. Arsenicum.

III. METALLA.
24. Hydrargyrum.
25. Molybdænum.
26. Stibium.
27. Zincum.
28. Vismuthum.
29. Cobaltum.
30. Stannum.
31. Plumbum.
32. Ferrum.
33. Cuprum.
34. Argentum.
35. Aurum.

III. FOSSILIA.

I. PETRIFICATA.
36. Zoolithus.
37. Ornitholithus.
38. Amphibiolithus.
39. Ichthyolithus.
40. Entomolithus.
41. Helmintholithus.
42. Phytolithus.
43. Graptolithus.

II. CONCRETA.
44. Calculus.
45. Tartarus.
46. Ætites.
47. Pumex.
48. Stalactites.
49. Tophus.

III. TERRÆ.
50. Ochra.
51. Arena.
52. Argilla.
53. Calx.
54. Humus.

I. PETRÆ Lapides steriles, *nati, e Terreno, cohæsione.*
simplices *absque peregrino (Sale, Sulphure, Mercuriove).*
fixæ, *nec intime menstruo solibiles.*
similares, *particulis temere coadunatis.*
1. HUMOSÆ e Vegetabilium terra *deposita.*
Combustibiles, *accensæ ardentes in cineres.*
Pulvere aceroso *grossiore leviore.*
2. CALCARIÆ ex animalium terra.
Penetrabiles *igne & porosiores evadentes.*
Pulvere farinaceo, *ustulatæ fatiscentes in farinam.*
3. ARGILACEÆ e Maris sedimento viscido.
Indurandæ, *igne duriores rigidiores.*
Pulvere lubrico, *ante ustionem.*
4. ARENATÆ ex Ætheris aqua pluviali *præcipitante.*
Scintillantes *chalybe percussæ, durissimæ.*
Pulvere scabro, *vitri instar particulis angulato.*
5. AGGREGATÆ, mixte e *quatuor* (1, 2, 3, 4) *præcedentibus.*
Participantes *itaque particulis constitutivis priorum.*
Pulvere diverso *secundum naturam constituentium* (1–4).

II. MINERÆ Lapides fœcundi, *nati e Salino, crystallisando.*
Compositæ *e Petra prægnante peregrino (Sale, Sulphure, Mercurio).*
Solubiles *intime in appropriato menstruo (Calces quidem dissolubiles in terram, at non intime solubiles).*
Crystallinæ, *certe (antequam adolevere) crystallisando genitæ.*
1. SALIA Lingua *humida dignoscenda.*
Sapida in *Aqua.*
Sulubilia *Aqua.*
2. SULPHURA Naso *emuncto dignoscenda.*
Odora *in Igne & flagrantia.*
Solubilia *Oleo.*
3. METALLA Oculis *claris dignoscenda.*
Splendida, *in igne fusilia, ponderosissima.*
Solubilia *menstruis acidis appropriatis.*

III. FOSSILIA: Lapides ambigui, *nati ex alterutro.*
Modificata *e Petris aut Mineris.*
1. PETRIFICATA.
Signata *figura referente Naturale quoddam.*
2. CONCRETA.
Coagulata *particulis temere conglutinatis.*
3. TERRÆ.
Pulverisatæ, *nec particulis connatis.*

CLASSIS I.

PETRÆ.

I. HUMOSÆ.

1. SCHISTUS fissilis.

II. CALCARIÆ.

2. MARMOR amorphum, effervescens.
3. GYPSUM amorphum, fixum.
4. STIRIUM fibrosum.
5. SPATUM rhombeum.

III. ARGILLACEÆ.

6. TALCUM solidum.
7. AMIANTUS fibrosus.
8. MICA squamosa.

IV. ARENATÆ.

9. COS fragmentis granulatis.
10. QUARTZUM fragmentis angulatis.
11. SILEX fragmentis convexis.

V. AGGREGATÆ.

12. SAXUM particulis heterogeneis mixtis.

PETRÆ natura eruenda ex sua Matre TERRA.
TERRÆ matres *sunt præprimis quatuor :*
Humus *lutosa* , *Vegetabilis* , *Combustibilis.*
Calx *testacea* , *Animalis* , *effervescens.*
Argilla *apyra* , *Aquatilis* , *indurända.*
Arena *mobilis* , *Aquatilis* , *indurata.*

I. HUMOSÆ ex Humo Vegetabili , ignitæ ardentes combustibiles.
Humus *lente deposita in aqua* , *ergo horizontalis* fissilis.
Argillaceæ *particulæ sæpe cum Humo* depositæ ,
ergo etiam Schistus sæpe subargillosus.
Acidum *minerale paludum sæpe inquinavit Ferro* ,
ergo ustulatæ reddunt terram ochraceam rubram.
Accensæ ardent *vegetabili* , *nisi nimis Metallo inquinatæ.*

II. CALCARIÆ ex Testaceis s. Lithophytis *in terram* mutatis.
Calx *enim omnis* e Regno Animali *prognata.*
effervescentes & solubiles acido , *utpote alcalinæ* ,
nisi antea acido saturatæ , *uti Gypsum.*
combustæ *& aqua exstinctæ fatiscunt in* farinam.
vi calcinandi s. Petrificandi *multiplicativa pollent* ,
in Humosis , *vegetabilibus* , *animalibus* , *argillaceis.*

III. ARGILLACEÆ *ex Viscido* marino in Terram *coactæ.*
Rasiles *Tritura lubrica* , *cum e Viscido molli natæ.*
Indurandæ *in igne aridioresque evadunt et duriores.*
Apyræ *quondam dictæ.*

IV. ARENATÆ *ex Atomis aquæ* , *in* Arenaceam *substantiam connatis.*
ortæ ex Aqua æthereo-pluviali.
Particulis duræ, *scabræ* , *radentes.*
Chalybe scintillantes *ob soliditatem et duritiem* , *nec aliæ nisi aliquot Spata metallico indurata.*
Vitrescentes *quondam dictæ.*

V. AGGREGATÆ ex præcedentium *particulis* mixtis.
Induratæ *e terra quacunque* , *porosæ.*
Interstitia *cava repleta fuere aqua terrestri* , *quæ enata in particulos solidas addidit miscelam e Quartzo* , *Spato* , *Mica.*
Igne considerandæ *secundum qualitates immixtas.*

CLASSIS II.

MINERÆ.

I. SALIA.

13. NITRUM frigido-acidum, essentiale.
14. NATRUM amaricans, alcalescens.
15. BORAX subsapidum, alcalescens.
16. MURIA acutum, medium.
17. ALUMEN austerum, acidum minerale.
18. VITRIOLUM stipticum, acidum minerale.

II. SULPHURA.

* *Unctuosa, Inertia.*

19. AMBRA. Fumo ambrosiaco.
20. SUCCINUM. Fumo suaveolenti.
21. BITUMEN. Fumo gravi.

** *Mineralisata, Metallica.*

22. PYRITES. Fumo acuto, luteo.
23. ARSENICUM. Fumo alliaceo, albo.

III. METALLA.

* *Friabilia*, Semimetalla *vulgo.*

24. HYDRARGYRUM fluidum, siccum.
25. MOLYBDÆNUM inquinans, non fusile.
26. STIBIUM fibrosum, friabile.
27. ZINCUM rimoso-malleabile.
28. VISMUTUM laminoso-malleabile.
29. COBALTUM compactum, fragile.

** *Malleabilia*, Metalla *proprie dicta.*

30. STANNUM albissimum mutum.
31. PLUMBUM cærulescens mutum.
32. FERRUM fuscescens sonorum.
33. CUPRUM rufum sonorum.
34. ARGENTUM albissimum sonorum.
35. AURUM luteum mutum.

MINERÆ omnes cryſtalliſando natæ ſunt, *exceptis ſulphuribus unctuoſis.*

Peregrina *iſta, quæ continent mineræ, ſunt Chemicorum tria, Sal, Sulphur, Mercurius.*

Mineræ *dignoſcendæ a ſuo peregrino denudando, & inde Genera eorumque characteres deducenda, quemadmodum in Plantis ab interna fructificatione.*

SALIA in Aqua ſoluta *criſtalliſantur diminutione vehiculi, quiete, frigore.*

Polyedra, *e planis & rectis angulis eſſe omnia Salia docent eorum Cryſtalli.*

Cryſtalli figuræ *in eodem Genere ſæpe aliquatenus mutantur, neque hoc ſine numine; nihil enim agit, ſine ſufficienti cauſa, Natura, a qua nihil ſupervacaneum, nihil perperam peragitur, quod ſerior Nepotum dies extricabit: Multæ errantes obſervationes per tenebricoſas Naturæ latebras tandem reperiant ejuſdem viam.*

Lapidoſas cryſtallos *ſecundum figuras retuli, quatenus hic dies admiſit.*

Terram *via humida cryſtalliſari poſſe abſque ſale, primum credo dum videro; via ſicca res aliena eſt.*

SULPHURA in igne *dant fumum & flammam, in oleo ſolvuntur, ſcatent etiam ſale, decompoſita.*

Unctuoſa *cum Reſinis Vegetabilium conveniunt in plurimis, ante Vegetabili principio orta.*

Mineraliſata *ſcatent Salino metallico.*

Metalla Regulum *dant nitentem, opacum, in igne fluidum, Molybdæno excepto hodie ignoto.*

Metamorphoſis metallorum *etiamnum latitans fruſtra in Vulcani templo, at potius in Naturæ ſacratiſſimis quærenda; pauci parentes certe plurimos produxere filios alienos; Mars omnino polygamus fuit.*

	pondus. fusio. amalg.	color.	consistentia.	sonus.	menstr.
Platinum	22000-9-0	album	- - - -	-	▽R
Aurum	19640-6-1	flavum,	malleabiliss. ductile	mutum	▽R
Argentum	11091-5-2	album,	malleabiliss. ductile	sonorum	▽F
Cuprum	8843-7-7	rufum,	malleabile,	sonorum	▽F
Ferrum	8000-8-8	fuscum,	malleabile,	sonorum	▽F
Plumbum	11325-4-3	cærul. alb.	molle,	mutum	▽F
Stannum	7400-3-4	album,	stridenti - flexile	mutum	▽R ▽F
Cobaltum	- -	album,	fragile - -	-	▽R ▽F
Vismutum	9700 - 6	flavo alb.	laminoso-malleabile,	sonorum	▽F
Zincum	7000-2-5	album,	rimoso-malleabile,	subsonorum	▽F
Stibium	- - 6-9	album,	fragilissimum	- -	▽F
Hydrargyrum.	13590-1 -	album,	fluidum	mutum	▽F

Qualitas ♂ *nigrans*, *austerum*, *stipticum.*

♀ *viride s. cæruleum corrosivum.*

Z *album*, *exsiccans.*

♄ *albidum*, *dulcificans.*

♁ *rapax*, *excepto auro*, Lupus Metallorum.

☿ *penetrans*, *salivans*, *amalgamans*, Servus fugitivus.

CLASSIS III.

FOSSILIA.

I. PETRIFICATA.

* *Vera.*

36. ZOOLITHUS.	*Petrificatum*	Mammalis.
37. ORNITHOLITHUS.	*Petrificatum*	Avis.
38. AMPHIBIOLITHUS.	*Petrificatum*	Amphibii.
39. ICHTHYOLITHUS.	*Petrificatum*	Piſcis.
40. ENTOMOLITHUS.	*Petrificatum*	Inſecti.
41. HELMINTHOLITHUS.	*Petrificatum*	Vermis.
42. PHYTOLITHUS.	*Petrificatum*	Vegetabilis.

** *Ficta.*

43. GRAPTOLITHUS.	*Petrificatum*	ſimulans.

II. CONCRETA.

* *Naturalia.*

44. CALCULUS.	*Concretum intra* Animale.
45. TARTARUS.	*Concretum intra* Vegetabile.
46. ÆTITES.	*Concretum intra* Lapidem.

** *Elementaria.*

47. PUMEX.	*Concretum in* Igne.
48. STALACTITES.	*Concretum in* Aëre.
49. TOPHUS.	*Concretum in* Aqua.

III. TERRÆ.

* *Derivativæ.*

50. OCHRA.	Terra metallica.

** *Primitivæ.*

51. ARENA.	Terra ſcabra.
52. ARGILLA.	Terra plaſtica.
53. CALX.	Terra effervefcens.
54. HUMUS.	Terra combuſtibilis.

I. PETRIFICATA *Montium calcariorum non filii, sed parentes sunt, cum omnis Calx oriatur ab Animalibus.*

Corpora petrificanda *sunt solida, Testæ, Ossa, Ligna.*

Succulenta *deliquescunt & corrumpuntur, antequam indurescunt Lapidosa.*

Occurrunt *per totum orbem, modo Calx adsit, in summis Peruviæ montibus exulant.*

Petrificantia varia.

Calx *vi calcifica mutat corpora aliena in calcariam substantiam* e. gr. *Schistum in Marmor. It. wgoth. 87.* Silex *ex Calce connatus, fovet itaque Petrificata.*

Vitriola *ferruminando conglutinant & penetrant:* Tophus marinus *aliique continent interdum Conchilia.*

Schistus *ex Humo s. Arena offert sæpe vestigia rerum impressarum ante coalescentiam.*

Succinum *proprie huc non referendum, cum contineat & ab aëris corruptione præservet inclusa olim corpora intra Resinam.*

MODI

TRANSUBSTANTIATA, *quæ tota materia, præprimis externa immutata, perstitere.*

Redintegrata, *ex iis, quæ ætate evanuerunt relicta cavitate & hæc dein referta materia lapidescente in formam impressam, Hysterolithus.*

IMPRESSA, *ubi corpus petrificans compressum retinet figuram impressis Ichthyolithus, Phytolithus.*

INCRUSTATA, *more Stalactitæ, ab aqua calcaria inprimis thermali; hæc vix Petrificata subeant cum ejusmodi arte s. injectione corporum efficiantur, quotquot volupe eris.*

FOSSILIA, *vulgo dicta, sunt Testæ s. Ossa solo glutine ab ævo orbata, Testacea, Lithophyta, Ligna.*

Specificum nomen *Animalis aut Plantæ addatur, ubi liquet; noscat igitur Ectypum animale s. vegetabile, qui dignoscat protypum lapideum; distincta observabit, dubia extricabit, relinquendo quisquilias.* Juvat *Deperdita Testacea & Lithophyta distincte proponere, quæ vel illustrant Naturæ cognitionem, vel Terræ genesin; cæterum coarctet steriliorem scientiam.*

Gesneri Joh. de Petrificatis. *Lugdb.* 1758. *oct. opt.*

II. CONCRETA, *in his determinatur substantia coagulata, Ochracea, Marmorea, Gypsea, Stiriata, Spatosa, Argillacea, &c.*

III. TERRÆ pulvereæ *sunt Petrarum matres, pauciores earum filiæ.*

PRIMITIVÆ *s. Primigeniæ, quæ ex Elementis, Animalibus aut Plantis Regno Lapideo illatæ fuere.*

DERIVATIVÆ, *quæ a Lapidibus pulverisatis exortæ sunt.*

I. TERRÆ.

1. MACRÆ.
Humus.
Creta.

2. PINGUES.
Argilla.
Marga.

3. MINERALES.
Salinæ.
Sulphureæ.
Metallicæ.

4. ARENACEÆ.
Arena.
Glarea.
Metallicæ.
Animales.

II. LAPIDES.

1. CALCARII.
Calcareus.
Marmor.
Gypsum.
Spatum.

2. VITRESCENTES.
Fissilis.
Cos.
Silex.
Petrosilex.
Quartzum.
Cryſtallus.

3. APYRI.
Mica.
Talcum.
Ollaris.
Corneus.
Amiantus.
Asbeſtus.

4. SAXA.
Simplicia.
Mixta.
Grisea.
Petrosa.

III. MINERÆ.

1. SALIA.
Vitriolum.
Alumen.
Nitrum.
Muria.
Alcalia.
Acida.
Neutra.
Ammoniacum.
Borax.

2. SULPHURA.
Bitumen.
Succinum.
Ambra.
Sulphur.

3. SEMIMETALLA.
Hydrargyrum.
Arsenicum.
Cobaltum.
Antimonium.
Wismuthum.
Zincum.

4. METALLA.
Ferrum.
Cuprum.
Plumbum.
Stannum.
Argentum.
Aurum.

IV. CONCRETA.

1. PORI.
Ignei.
Aquei.

2. PETRIFICATA.
Vegetabilia.
Corallia.
Animalia.
Teſtacea.

3. FIGURATA.
Lithomorphi.
Lithoglyphi.
Lithotomi.

4. CALCULI.
Vegetabilium.
Animalium.

Primus species in Regno lapideo rite determinavit.

Analysin lapidum pulchre resolvit.

Qui Sulphureas montium exhalationes (Bergschwaden) intelligit ac Matrices Metallorum concipit, eum non latebit Metallorum genesis 224.

Mephitis terreſtris salium pater judicatur 180.

Lapides primævos inter reliquos etiamnum occurrere admittit e. gr. jaspides 101, Quartzi species 106, Micas 132.

I. TER-

I. TERRÆ.

1. MACRÆ.
Humus.
Calcareæ.
Gypsæ.
Manganenses.

2. TENACES.
Argilla.
Marga.

3. MINERALES.

4. DURÆ.
Glarea.
Tripela.
Carmentum.
Arena.
Ar. metallica.
Ar. animalis.

II. LAPIDES.

1. CALCAREI.
Calcareus.
Marmor.
Spatum.

2. Gypsum.
Fluor mineralis.

2. VITRESCENTES.
Cos.
Spat. scintillans.
Quartzum.
Gemma.
Granatus.
Silex.
Petrosilex.
Achates.
Jaspis.

3. FUSIBILES.
Zeolithus.
Basalthes.
Magnesia.
Schistus.
Margodes.
Corneus.

4. APYRI.
Mica.
Talcum.
Steatites.
Serpentinus.
Ollaris.
Asbestus.
Amiantus.

5. Saxa.
mixta.
aggregata.

III. MINERÆ.

1. SALIA.
Acida.
Vitriolum.
Alumen.
Nitrum.
Muria.
Natron.
Alc. volatile.
Neutra.
Ammoniacum.
Borax.

2. SULPHURA.
Bitumen.
Succinum.
Ambra.
Sulphur.

3. SEMIMETALLA.
Mercurius.
Arsenicum.
Cobaltum.
Niccolum.
Antimonium.
Wismuthum.
Zincum.

4. METALLA.
Ferrum.
Cuprum.
Plumbum.
Stannum.
Argentum.
Aurum.
Platina.

IV. CONCRETA.

1. PORI.
ignei.
aquei.

2. PETRIFICATA.
Vegetabilia.
Corallia.
Zooli.
Helmintholithi.
—— testaceorum.
Entomolithi.
Amphibiolithi.
Ichthyolithi.
Ornitholithi.
Zoolithi.
Anthropolithi.

3. FIGURATA.
Lithomorphi.
Lithoglyphi.
Lithotomi.

4. CALCULI.
vegetabilium.
animalium.

I. TERRÆ.

1. ARGILLOSÆ.
Argilla.
Humus.

2. ALCALYNÆ.
Creta.
Marga.

II. LAPIDES.

1. VITRESCENTES.
Gemma.
Cryſtallus.
Quartzum.
Arenarius.
Corneus.
Spat. vitreſcens.
Saxum.
Pumex.

2. ARGILLOSI.
Smectis.
Asbeſtus.
Talcum.
Mica.
Schiſtus.

3. GYPSEI.
Gypſus.
Alabaſtrum.
Spat. gypſeum.

4. ALCALINI.
Calcarius.
Marmor.
Spat. alcalin.
Tophus.
Stalactites.
Margodes.

III. SALIA.

1. ACIDA.
Acidum purum.
Vitriolum.
Alumen.

2. ALCALINA.
Alcali fixum.
Alcali volatile.

3. MEDIA.
Natrum.
Nitrum.
Sal commune.

IV. BITUMINA.

1. FLUIDA.
Oleum montan.

2. SOLIDA.
Ambra.
Succinum.
Pix montan.
Sulphur.

V. SEMIMETALLA.

1. FLUIDA.
Hydrargyrum.

2. SOLIDA.
Antimonium.
Zincum.
Bismuthum.
Arſenicum.

VI. METALLA.

1. NOBILIA.
Aurum.
Argentum.

2. IGNOBILIA.
Cuprum.
Ferrum.
Stannum.
Plumbum.

VII. PETREFACTA.

1. SANGUINEORUM.
Zoolithus.
Ornitholithus.
Ichthyolithus.

2. INSECTORUM.
Entomolithus.
Gammarolithus.
Echinites.
Encrinus.
Caput meduſæ.

3. TESTACEORUM.
Tubulites ſimplex.
— polythalamius.
Cochlites.
— polythalamius.
Conchites.

4. VEGETABILIUM.
Stelechites.
Lithoxylum.
Lithobiblion.
Carpolithus.
Phytolithus.

5. MARINORUM.
Corallites.
Porites.
Fungites.

Humum ex vegetabili vel animali ortam ſenſim in Argillam tranſire, (quod eget demonſtratione) n. 6.
Saxum omne chalybe percuſſum ſcintillas dare n. 13.
Pumicem vulcani progeniem non eſſe n. 14.
Atramentarius lapis e vitriolo eroſo provenit n. 24.
Cobaltum conjungitur genere cum Arſenico n. 30.
Ferrum nativum verum nunquam exſtitit n. 34.
Linnæus certe omnium primus, ſecundum leges ſyſtematicas, in claſſes & ordines redigere Mineralogiam tentavit. *Præf.*
Spatum dividit inter 3 diverſiſſima genera, imo ordines; in Vitreſcens, Gypſeum, Alcalinum.

I. TERRÆ.

1. DISSOLUBILES.
Argilla.
Marga.
Smectis.
Morachtus.
Tripela.

2. INDISSOLUBILES.
Creta.
Lithomarga.
Arena.

II. LAPIDES.

1. LAMELLOSI.
Spatum.
Mica.
Talcum.

2. FILAMENTOSI.
Amianthus.
Asbestus.
Inolithus.

3. SOLIDI.
Silex.
Quartzum.
Calcareus.
Gypseus.
Fissilis.
Smectis.

4. GRANULATI.
Arenarius.
Jaspis.

III. SALIA.

1. ALCALIA.
Alcali fixum.
Alcali volatile.

2. ACIDA.
Acid. vitriolicum.
— nitrosum.
— muriaticum.

3. MEDIA.
Muria.
Natrum.
Nitrum.
Ammoniacum.

4. STYPTICA.
Alumen.
Vitriolum.

IV. INFLAMMABILIA.

1. GENUINA.
Bitumen.
Sulphur.

2. SPURIA.
Humus.

V. SEMIMETALLA.

1. non MALLEABILIA.
Wismuthum.
Cobaltum.
Arsenicum.
Antimonium.

2. SUBMALLEABILIA.
Zincum.

3. FLUIDA.
Mercurius.

VI. METALLA.

1. FLEXILIA.
Plumbum.
Stannum.

2. DURA.
Cuprum.
Ferrum.

3. FIXA.
Argentum.
Aurum.

VII. HETEROMORPHA.

1. PETREFACTA VERA.
Antropolithus.
Zoolithus.
Ornitholithus.
Ichthyolithus.
Amphybiolythus.
Entomolithus.
Helmintholithus.
Zoophytolithus.
Conchyliolithus.
Coralliolithus.
Phytolithus.

2. PETREFACTA SPURIA.
Typolithus.
Metrolithus.
Incrustatum.
Induratum.
Terrefactum.

3. FIGURATA.
Lithomorphus.
Lithoglyphus.

I. METALLA.

1. NOBILIA.
   - Aurum.
   - Argentum.

2. IGNOBILIA.
   - Cuprum.
   - Ferrum.
   - Stannum.
   - Plumbum.

II. SEMIMETALLA.

- Argentum vivum.
- Antimonium.
- Vismuthum.
- Zincum.
- Arsenicum.

III. PHLOGISTICA.

1. FLUIDA.
   - Bitumen.

2. DURA.
   - Lithanthrax.

3. MINERALISATA.
   - Sulphur.

IV. SALIA.

1. ACIDA.
   - Vitriolum.
   - Alumen.

2. ALCALIA.
   - Fixa.
   - Volatilia.

3. MEDIA.
   - Muria.
   - Nitrum.
   - Borax.
   - Ammoniacum.

V. PETREFACTA.

1. ANIMALIA.
   - Terrestria.
   - Aquatica.

2. PLANTÆ.
   - Terrestres.
   - Marinæ.

3. OBSCURA.
   - Belemnites.
   - Hysterites.
   - Judiaicus.
   - Asteria.
   - Bufonites.
   - Oolithus.

4. FIGURATA.
   - Aetites.

5. CRYSTALLI.
   - Quartzosi.
   - Gypsei.
   - Spatosi.

VI. TERRENA.

1. NOBILES.
   - Adamas.
   - Sapphirus.
   - Smaragdus.
   - Amethystus.
   - Topazius.
   - Turcois.
   - Opalus.
   - Chrysolithus.
   - Hyacinthus.

2. SEMINOBILES.
   - Crystallus.
   - Carneolus.
   - Achates.
   - Chalcedonius.
   - Onyx.
   - Sardonyx.
   - Malachites.
   - Lazuli.

3. APYRI ignobiles.
   - Talcum.
   - Mica.
   - Molybdæna.
   - Vitrum moschow.
   - Steatites.
   - Corneus.
   - Jaspis.
   - Asbestus.

4. CALCARII.
   - Marmor.
   - Gypsum.
   - Spatum.

5. VITRESCENTES.
   - Cos.
   - Quartzum.
   - Silex.
   - Schistus.
   - Serpentinus.
   - Tripela.
   - Pumex.
   - Granites.
   - Saxum.
   - Argilla.
   - Marga.
   - Limus.
   - Umbra.

Coboltum speciem esse arsenici statuit.

I. TERRÆ.

1. CALCAREÆ.
Puræ.
Vitriolicex.
Phlogisticæ.
Argillaceæ.

2. SILICEÆ.
Adamas.
Sapphirus.
Topazius.
Smaragdus.
Quartzum.
Silex.
Jaspis.

3. GRANATINÆ.
Granatus.
Basaltes.

4. ARGILLACEÆ.
Porcellana.
Lithomarga.
Bolus.
Tripolitana.
Argilla.

5. MICACEÆ.
Mica pura.
Mica martialis.

6. FLUORES.
Indurati.

7. ASBESTINÆ.
Asbestus.
Amiantus.

8. ZEOLITHICÆ.
Zeol. purus.
Zeol. metallicus.

9. MAGNESIÆ.
Magnesia terrea.
Magnesia indurata.

II. SALIA.

1. ACIDA.
Vitriolum.
Muria.

2. ALCALINA.
Fixa.
Volatilia.

III. PHLOGISTICA.

Ambra.
Succinum.
Petroleum.
Sulphur.
Phlogistic. terreum.
— metallicum.

IV. METALLA.

1. PERFECTA.
Aurum.
Argentum.
Platina.
Stannum.
Plumbum.
Cuprum.
Ferrum.

2. SEMIMETALLA.
Hydrargyrum.
Wismuthum.
Zincum.
Antimonium.
Arsenicum.
Cobaltum.
Niccolum.

Syſtema eſt mere Metallurgicum, e principiis Cheminis petitum, proprium nec compilatum.

Excluduntur genera plura, *Cos*, *Schiſtus*, *Humus*, *Tophus*, *Stalactites*, *Aëtites*, *Calculus*, *Nitrum*. Appendici inſeruntur *Saxum*, *Pumex*, *Petrificata*.

Terras dari ſtatuit *Siliceam*, *Granatinam*, *Micaceam*, *Magneſiam*, *Zeolithicam*, *Chryſolampadis*.

Cryſtallos negat a Salibus oriri; figuras earum magis curioſas quam utiles judicat, quum in cryptis exſtruendis nullus numerat earum latera, Terras etiam poſſe aſſumere figuram cryſtallinam absque ſale, dari cryſtalliſationes metallorum fuſione, ergo cryſtallorum cauſam non a ſalibus.

Colores Gemmarum a Metallis originem ducere dubitat.

Calces exſtitiſſe credit ante vitarum & plantarum exiſtentiam.

Strata terræ negat conformia eſſe.

Definitiones characteriſticas inutiles judicat, ſufficere noſſe.

I. TERRÆ.

1. ARGILLACEÆ.
Argilla.
Bolus.
Limus.
Smectis.
Lithomarga.
Tripela.

2. CALCARIÆ.
Creta.
Lac lunæ.

3. SILICEÆ.
Arena.

4. MARGACEÆ.
Marga.

5. SELENITICÆ.
Farina foſſilis.
Terra ſpatoſa.
Nihil foſſile.

6. TALCOSÆ.
Terra talcoſa.

7. MICACEÆ.
Mica ☉, ☽.
Vitr. ruſſicum.
Molybdæna.

8. INFLAMMABILES.
Sulphureæ.
Bituminoſæ.
Umbra.

9. SALINÆ.
Wall. miner. 145. *Syst. min.* I. *p.* 398. Asbestus fibris sparsis.
Vog. min. 171. Lapis acerosus.

δ) A. pellucidus prismatibus hexaëdris elongatis compressis.
Habitat in Suecia *fodinis ferriferis*, *in* Saxoniæ *fodinis*, *in* Franconiæ, Tyrolis *montibus*, *aliquando ex virescente albus*, *aut ex rubescente fuscus*, *facile frangendus*, *paulisper pinguiusculus attactu.*

Vitreus. 3. A. vitrei nitoris semipellucidus duriusculus subfibrosus.
Karsten bergm. Journ. 1789. I. *p.* 401.

β) A prismatibus elongatis hexaëdris in bacillos coadunatis. *Karst. bergm. Journ.* 1789. I. *p.* 401.
Habitat in montibus Salzburgensibus, *frequentius ex viridi albus*, *in argenteum colorem vergens*, *radiis angustis aut fibris*, *interdum angulosis constans*, *fragillimus*, *& facillime diffringendus.*

5. HORNBLENDA. Ex magnesia alba, æquali calcis ferreæ & fere æquali terræ calcariæ copia conflata.

Mollis opaca, coloris utplurimum obscuri, scriptura inquinans, lamellosa, diffracta in fragmenta indeterminata discedens.

Igne cum ebullitione in globulum nigrum opacum liquanda.

vulgaris. 1. H. vix nitens in quavis directione diffracta obscuri coloris & lamellas radiosve monstrans.

Syst. nat. I. *p.* 156. *n.* 2. XII. 3. *p.* 53. *n.* 9. Talum (Corneus) solidum suberosum nigrum, superficie atra glabra, tritura albida.

Waller. miner. p. 240. Pseudogalena durior cinereonigra tessularis.

Waller. Syst. min. 1. *p.* 359. Corneus facie spathea striata.

Cronst. mineral. § 88. Bolus indurata, particulis squamosis.

Habitat potissimum tanquam pars variarum terrarum aggregatarum, ferri quoque calcibus induratis inhærens rarius sola in schisti speciem concreta integra strata constituens, in Suecia, Burgundia, Saxonia, Lusatia, Bohemia, Carpathicis *montibus obscure viridis vel nigra raro prismatica, parum nitens, lamellis non raro incurvis, duplici via sub angulo obliquo utplurimum se secantibus, fragmentis, in quæ sponte dissolvitur, creberrime granularis rarius incurvo-crustosis, in fusione ferri fusoriis egregii usus.*

labradorica. 2. H. subopaca nitidula, lamellis incurvis, diffractæ superficie interna ex cupreo nigra. *Hoffmann bergm. Jo.* 1789. 1. *p.* 391.

Habitat vaga in insula S. Pauli *ad littora* Labrador Americæ *borealis, fragmentis in quæ sponte secedit, incurvo crustosis; an distincta hujus generis species?*

basaltina. 3. H. nitida duriuscula scriptura ex cinerascente alba inquinans, longitudinaliter diffracta lamellas rectas ostendens, prismata hexaëdra & octaëdra utrinque in aciem terminata ut plurimum exilia referens.

Hoffm. bergm. Journ. 1788. 2. *p.* 508.

Habitat in waccis, basaltis, lavis Europæ, *firmissime innata; utrum certe hujus generis, an potius ad olivinum spectat?*

A) Blenia granatina & turmalina, fragmentis convexis ab aliis distans, quas Cl. Noseorograph. Briefe I. p. 121. Basalti rhenano innidulantes vidit, distincta hujus aut scorli species, an varietas basaltinæ?

ORDO II.

TERRÆ PONDEROSÆ.

Quæ terram ponderosam largiorem continent.

6. BARYTIS. Ex terra ponderosa ferre tota constans.

Ponderosa, parasitica, fragillima, macra, mollis.

Acido vitrioli forti bulliente tota solvenda, igne primum cohæsione partium orbanda, tum sine ebullitione liquanda.

* *aëre fixo impraegnatæ, quem demum si ignis vi liquantur neque tunc omnem dimittunt, hinc effervescentes cum acidis.*

Witheringii. 1. B. figuræ communis, texturæ æquabilis. *Withering. act. angl.* 74. 2. *p.* 293. *Sage apud la Metherie journ. de phys.* 1788. *Apr. Dun. Habitat in* Lancastria *prope* Anglezark, *in* Cambaia *prope* Asaph, *in* Scotia, *diaphana, virescens, frequentius alba, lamellosa, crebro terra calcaria aut aluminari, calce ferrea aut baryte vitriolica inquinata.*

lamellosa. 2. B. lamellosa, figuræ crystallinæ semipellucida exterius lævis intus nitens.

α. prismatibus tetraëdris obliquangulis fasciculatis. *Berg. chem. Annal.* 1784. 2. *p.* 388.

β. prismatibus hexaëdris utrinque pyramide hexaëdra terminatis. *Walt. bergm. Journ.* 1790. 9. *p.* 225.

γ. tabulis tetraëdris obliquangulis, marginibus terminalibus obtusis in aciem exeuntibus acutis truncatis. *Bendheim Schr. berl. Naturf.* 4. *p.* 396.

δ. pyranidibus hexaëdris duplicibus.

Habitat α) *in* Scotia *prope* Leadhills, *β* & *δ*) *in* Lancastria *prope* Anglezark, *β*) *in* Saxoniæ *fodina* Freybergensi *ab* Isaaco *denominata, alba, diaphana.*

** *Vitrioli acido saturatæ, hinc eum acidis non effervescentes, postquam inter prunas candefactæ sunt in tenebris lucentes.*

terrestris. 3. B. friabilis.

Chaulk. α. pulverulenta.

β. coagmentata.

Habitat in Angliæ *fodinis plumbariis provinciarum* Stafford & Dekby, *in* Saxoniæ *fodinis quibusdam* Freybergensibus, *in foveolis tenacius cohærentis nidulans, ex flavescente aut rubescente alba.*

compacta. 4. B. subopaca nitida, diffracta festucas referens, fragmentis indeterminatis acutangulis.

Habitat in Saxoniæ & Angliæ *fodinis, ex flavescente alba vel cinerea, dilutissime flava vel pallide carnea, figuræ communis, reniformis aut hemisphæricæ, intus micans vel parum nitens vel omnis nitoris expers, fractura rarissime terram referens.*

bononiensis. 5. B. diaphana nitida subfibrosa, diffracta in fragmenta subrhomboidea discedens.

Syst. nat. I. *p.* 182. *n.* 4. *Musc. tessin.* 66. *n.* 4. Stannum sparti.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 99. *n.* 6. Muria (phosphorea) lapidosa spatosa aggregata lenticularis centricoso - fissilis subeffervescens.

Dal. pharm. 48. *Worm. mus.* 46. *Vogel min.* 161. Lapis bononiensis.

Aldr. mus. 688. Lapis illuminabilis.

Bocc. nat. 224. Phosphorus s. petra lucida bononiensis.

Act. Stockh. 1753. *Cronst. miner.* §. 18. *n.* 2. A. Spatum bononiense.

Wall. miner. 50. Gypsum irregulare lamellosum, calcinatum in tenebris lucens.

Waller. Syst. min. 1. *p.* 162. Gypsum spatosum globosum semipellucidum.

Marsigl. dissert. epist. du fosforo minerale. 4. *Lips.* 1698.

Habitat prope Bononiam Italiæ *vagus, fragmentis obtusangulis subrotundis superficie inæqualibus, colore fumum referens, secundum certas directiones fissus fibrosus, alias potius lamellatus, interdum sponte in fragmenta granulata discedens.*

6. B.

lamellata. 6. B. intus micans frondose lamellosa fragmentis, in quæ sponte secedit, crustosis, crustis crassioribus lamellas sub angulo recto secantibus.

Hoffmann bergm. Journ. 1789. I. *p.* 227.

Habitat in Saxoniæ & Transilvaniæ *fodinis nonnullis* Freybergensibus, *alba vel cinerea, dilutissime flavescens aut ex fuscescente rubra, interdum forma lentium exilium aut tabularum tetraëdrarum in ovi renis, sphæræ speciem aggregatarum, reniformis, aut cellulosa.*

vulgaris. 7. B. lamellosa diffracta in fragmenta rhomboidalia, sponte in crustosa convergentia discedens.

α) figuræ communis.

Waller. syst. miner. I. *p.* 161. Gypsum irregulare spathaceum gravissimum.

Cronst. mineral. §. 18. 2. B. Marmor metallicum opacum.

β) figuræ crystallinæ.

Cronst. min. §. 19. E. 2. Marmor metallicum drusicum.

a) tabularum.

a) tetraëdrarum.

obliquangularum.

rectangularum.

perfectarum.

angulis obtusioribus
faciebus duabus terminalibus
faciebus omnibus terminalibus } in aciem terminatis.
faciebus & angulis
angulis truncatis
connatarum

in cellulas
tabulas
fasciculos } aggregatarum.
amygdalos
lentes
globulos

b) hexaëdrarum.

c) octaëdrarum.

b) prismatum.

a) tetraëdrorum.

rectangulorum.

obliquangulorum.

crassiorum.

acicularium.

capillarium.

perfectorum.
utrinque pyramide tetraëdra terminatorum.
faciebus terminalibus in aciem rarius duplicem terminatis.
sparsis.
connatis.
parallele.
decussatim.
aggregatis.
in fasciculos.
— bacillos, *Stangenspat.*
v. Born Index foss. Prag. 8. 1. 1772. *p.* 34. Basaltes albus crystallis hexaëdro-prismaticis truncatis inordinatim aggregatis.
Ferber Briefe aus Waelschland über natürliche Merkwürdigkeiten dieses Landes. Prag. 1773. 8. *p.* 281. Stangenspat.

b) hexaëdrorum.
perfectorum.
utrinque pyramide tetraëdra terminatorum.
utrinque in aciem terminatorum.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 90. *fig.* 16. Natrum (cristatum) lapidosum spatosum decaëdrum prismaticum apice parallelo.
Mus. Tess. 26. *n.* 2. Natrum spatosum, crystallis truncatis apice compressis.
Amoen. ac. 1. *p.* 474. *n.* 2. 3. 4. *t.* 16. *f.* 2. 4. Crystallus natriformis spatosa hyalina s. incarnata.
Cronst. min. §. 19. E. 2. A. Marmor metallicum drusicum cristatum.
Wall. syst. miner. 1. *p.* 164. *n.* 9. c. Gypsum crystallisetum cristatum.
aciebus integris.
aciebus truncatis.
angulis terminalibus truncatis.
connatorum.
superimpositorum.
adnutorum.
decussantium.
in cellulas.
solitariorum.

c) pyramidis.
duplicis tetraëdræ.

d) lentis.
tetraëdræ planæ.

Habitat, frequens metallorum, etiam nobilium, matrix, in Norwegiæ, Herciniæ, Thuringiæ, Saxoniæ, Bohemiæ, Silefiæ, Sueciæ, Hungariæ, Tranfilvaniæ *fodinis, rarius inconfpicua, quam, in cryftallis potiffimum, nitida, nonnunquam nitidiffima, fuperficie fcabra, cryftallorum lævi, utplurimum diaphana, in cryftallis pellucida, rarius femipellucida vel fubopaca, frequentiffime nivea, argentea vel ex cærulefcente, cinerafcente, virefcente, rubefcente aut flavefcente alba, crebro carnea, infumata, mellea, vinacea, rarius olivacea, vel ex virefcente aut flavefcente cinerea vel ex cinerafcente nigra, rariffime cærulea, lamellis utplurimum rectis, interdum incurvis, fragmentis, in quæ quafi fponte fæpe difcedit, cruftofis: cruftis nunc tenuioribus nunc craffioribus rarius incurvis, quam rectis, parandis teftis, in quibus argentum igne depuratur idonea.*

ftillatitia. 8. B. formæ rotundatæ, vel alia corpora obducens.

Habitat in Hercyniæ *monte* Iberg, *ortu & forma externo ftalactitæ, reliquis dotibus barytidi vulgari fimilis.*

7. CROSSOPETRA. Ex terra ponderofa, plurima filicea, pauca aluminari conflata.

Leviufcula, dura, parafitica, macra, cryftallina.

Acido vitrioli etiam bulliente non tota folubilis, *igne difficilius liquanda.*

hercynica. Kreuzkriftalle. 1. Cr. tabulis vel prifmatibus tetraëdris rectangulis altero fine in aciem terminatis transverfe ftriatis, binis fecundum longitudinem cruciatim invicem fecantibus.

Heyer chem. Ann. 1789. 1. *p.* 212. *& Beytr. zu den chem. Annal.* 2. *p.* 36.

Habitat fpato calcario infidens in fodinis Hercynicis *prope* Andreasberg, *cryftallis aggregatis minoribus, partim exiliffimis, rarius pellucidis quam diaphanis aut opacis, lacteis, hyalinis, flavefcentibus, ad chalybem*

non semper scintillans ; in vitro tamen rimas agens ; addita borace vel ossium acido igne cum ebullitione liquanda.

scotica. 2. Cr. tabulis vel prismatibus tetraëdris rectangulis altero fine in aciem exeuntibus non connexis. *Groschke Bergbauk.* 1. *p.* 399.

Habitat in Scotiæ *fodinis prope* Strontian, *crystallis quoque majoribus distincta.*

ORDO III.

TERRÆ CALCARIÆ.

Ex terra calcaria potissimum conflatæ.

8. CRETA. Ex terra calcarea & aëre fixo conflata, paucis peregrinis immistis.

Friabilis, cum acidis effervescens & tota fere in his solubilis.

Igne in calcem abiens, ne fortissimo quidem in vitrum.

conchacea. Muschelsand. 1. Cr. ex testaceis exilibus & exilissimis non cohærentibus constans non inquinans inconspicua.

Syst. nat. I. *p.* 206. Creta terrestris conchacea.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 206. Calx (conchacea) solubilis furfuracea.

Cronst. mineral. §. 281. 1. b. Humus conchacea.

Waller. min. 7. *n.* 2. Humumus animalis non terrifica.

Wal. syst. m. I. *p.* 24. *n.* 8. b. Humus animalis conchacea.

Habitat in Helsingiæ, Roslagiæ, Hetruriæ *maritimis in* Saxonia *prope* Pirnam, Palatinatu Rhenano *prope* Alzei, Wirtembergia *prope* Heidenheim, *vix, nec semper humo tecta.*

granulata. 2. Cr. granulis rotundatis glaberrimis lacteis opacis non inquinantibus.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 208. *n.* 8. Calx (testacea) solubilis arenaceo-granulata rotundata glaberrima.

Habitat v. g. *ad* insulæ Ascensionis *littora, testudini Mydæ ad deponenda ova inserviens, ex testaceis & lithophytis a fluctibus maris, aut calcariis durioribus a fluviorum torrentibus comminutis contritis lævigatis nata.*

testacea. 3. Cr. ex testis testaceorum comminutis nata inconspicua non inquinans.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 207. *n.* 4. Calx (testacea) solubilis squamosa cinerea.

Habitat in Belgii, Angliæ e. c. *maritimis.*

ſquamoſa. 4. Cr. ſquamis pinguiuſculis niveis nitidis inquinantibus. *Gerhard Beytr.* 1. *Mineralr.* 1. *p.* 359. Talcum terreum *Habitat prope* Geram Variſcorum.

pulverulenta. 5. Cr. pulverulenta inconſpicua ſcabra inquinans. *Habitat* v. g. *in* Anglia, *cretam ſcriptoriam, in regione* Romæ, *omnem terræ ſuperficiem tegens.*

farinacea. Bergmeel. 6. Cr. natans laxe cohærens inquinans, particulis ſubtilioribus.

Syſt. nat. I. *p.* 206. Creta terreſtris alba ſ. purpuraſcens.
Syſt. nat. XII. 3. *p.* 206. *n.* 2. Calx ſolubilis purpurea.
Waller. miner. p. 10. Creta fragilior & groſſior rudis alba.
Wal. ſyſt. min. 1. *p.* 26. *n.* 2. Creta pulverulenta rudis.
Cronſt. miner. §. 5. I. 1. Creta pura pulverulenta.

Habitat in depreſſioribus antris, ad radices montium calcariorum, *ex detritis horum & per aquam abductis particulis vel fatiſcente ſtalactite vulgari nata, utplurimum alba, rarius rufa, flava, viridis, cinerea, fuſca, interdum in loco natali fluida, incruſtandis parietibus hinc inde adhibita.*

ſcriptoria. Kreide. 7. Cr. ſolida ſcabra linguæ parum adhærens inconſpicua opaca ſcriptura inquinans, fragmentis indeterminatis.

Syſt. nat. I. *p.* 206. *Muſ. Teſſin. p.* 108. Creta ſubrupeſtris alba.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 206. *n.* 1. Calx (Creta) ſolubilis impalpabilis cohærens.

Carth. miner. 9. Creta dura.

Waller. miner. 8. *ſyſt. miner.* 1. *p.* 15. *n.* 1. Creta cohærens ſolida.

Cronſt. miner. §. 6. Creta ſolida friabilis.

Coſt. foſſil. 77. Creta vulgaris.

Habitat in Daniæ, Angliæ, Galliæ, *maritimis, integros colles conſtituens, echinorum & teſtaceorum veſtigiis referta, rarius cinerea quam alba, ſcriptorio & delineatorio aliisque uſibus celebris.*

9. TOPHUS. Ex terra calcaria potiſſimum conſtans. Ex aqua infra aquam præcipitatus. *Poroſus, inconſpicuus.*

communis. 1. T. in aquarum frigidarum per montes & ſtrata calcaria ductarum fundum delabens, figuræ communis.

Syſt. nat. I. *p.* 191. XII. 3. *p.* 183. *n.* 3. *Muſ. Teſſ.* 76. *n.* 4. *Schreb. lithol.* 94. Stalactites marmoreus ſolidus.

Wall. ſyſt. min. 2. *p.* 389. *n.* 10. Stalactites calcareus ſolidus vel cruſtoſus, figura incerta.

Cronſt. miner. §. 12. 1. *c.* Stalactites figura incerta.

Habitat per omnem terrarum orbem, *nunc ad aërem indurandus, nunc fatiſcens, aliorum atque aliorum colorum, prima ſæpius ſtratorum calcareorum materia, calci urendæ, ædificiis ſtruendis, moſaicæ picturæ fundamento ſternendo (pietra travertina) inſerviens.*

Oſteocolla. 2. T. calcarius ſubcylindricus perforatus. *Syſt. nat.* I. *p.* 189. XII. 3. *p.* 189. *n.* 16. *Muſ. Teſſin.* 72. *n.* 2.

Vog. min. 258. Tophus margaceus cylindricus perforatus.

Gron. ſuppl. 16. *n.* 8. Tophus argillæ ramoſus & fiſtuloſus.

Wolt. min. 43. *Baum. min.* 1. *p.* 194. Stelechites radix petrificata, cortice arenaceo lapideſcente.

Wall. min. 335. Petrificatum vegetabile radiis arborum.

Wall. ſyſt. min. 2. *p.* 382. *n.* 6. Stalactites calcareo arenoſus circa radicem Vegetabilem concretus.

Act. angl. 1745. *p.* 378. *Act. berol. Cronſt. min.* §. 283. b. *Dal. pharm.* 43. Oſteocolla.

Habitat in Sileſia, Marchia, *principatu* Goettingenſi, *longus, teretiuſculus, congeſtus e terra calcaria ſpongioſa inæquali albida, natus e materia calcaria tenuiſſima frequenter ſabulo aut argillæ mixta, & ſæpe variarum arborum pini, quercus, fraxini, populi altius ſepultis radicibus circumnata; radices hæ tractu temporis humidi affluxu carioſæ putrefactæ, colliqueſcentes, excavatæ largiuntur locum oſteocollæ, dum cavitates replentur aquis ſoluta & allata terra calcaria ut omne cavum prorſus repleat; docent hoc ligni, corticis nervorumque contextus celluloſi qui amplectuntur foſſilis ramenta arctius. D. Gleditſch ep.* 1747.

Olim a chirurgis in curandis oſſium fracturis adhibitus.

incrustans. Rindestein. 3. T. corpora vegetabilia & animalia quasi cortice obducens eorumque figuram sibi sumens.

Syst. nat. I. *p.* 191. *n.* 1. *Mus. Tessin.* 76. *n.* 1. Stalactites cretaceus incrustans.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 183. *n.* 1. Stalactites vegetabilia incrustans.

Gron. suppl. 55. *n.* 6. Stalactites argillæ calcariæ hypnum involvens.

Wall. min. 329. Porus aquæ crustaceus circa alia corpora concretus.

Wall. syst. miner. 2. *p.* 380. *n.* 5. Stalactites calcareus crustaceus vel per se in canalibus vel circa alia corpora duriora concretus.

Carth. min. 23. Calcarius ex aqua generatus.

Habitat in Suecia, Germania, &c. *ramulos, folia arborum, aculeos, muscos, plantas alias potissimum aquaticas, ova, cancros, aves earumque nidos & partes varias obducens & aërem arcendo contra putredinem muniens, ut certe multi, quos vocant ornitholithi, astacolithi, lithobiblia huc potius spectent.*

lebetum. Wasserstein. 4. T. lebetum in quibus aqua coquitur parietibus internis adhærens.

Syst. nat. I. *p.* 32. *n.* 1. XII. 3. *p.* 188. *n.* 12. *Schreb. lithol.* 86. Tophus calcarius lebetum.

Wall. min. 297. Porus aqueus aqua simplici generatus.

Wall. syst. miner. 2. *p.* 392. *n.* 15. Tophus fusibilis terrestris, aqua simplici generatus.

Habitat in ahenis aliisque vasis *in quibus aqua coquitur, terram quam aëris fixi interventu dissolutam tenuerat, hoc per ignem fugato dimittens, in fontana aqua copiosius quam in pluviali, rarius ab omni terra silicea liber.*

thermalis. 5. T. receptaculorum & canalium aquæ thermalis fundum & parietes obducens.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 189. *n.* 13. Tophus calcarius granulatus.

Vand. diss. 18. Lapis in canalibus.

Habitat in thermis e. g. Carolinis, Wisbadensibus & *aliis, ut sæpe repleat canales, frequentius albus quam tinctus, interdum eleganter pictus, nunc minus nunc magis compactus, nonnunquam adeo ut egregiam polituram admittat.*

P. Fr. Uibelacker System der Carsbader Sinters, &c. Erlang. fol. Ausg. I-IV. 1781. 1782.

Cremor. 6. T. lamellosus, lamellis diaphanis.

Gerhard Mineralſ. p. 45. *n.* 1. Porus pulverulentus, lamellis amorphis.

Habitat in aquis *præſertim* calidis, *terram calcariam continentibus, quarum ſuperficiei pelliculæ ad inſtar innatat.*

teſtaceus. 7. T. e teſtarum fragmentis aggregatis conſtans nondum induratus.

Habitat paſſim in Anglia, Hiſpania, Gallia, Palatinatu Rhenano, Wirtembergia, Gadibus *ædificiis ſtruendis inſerviens.*

10. SPATUM. Ex terra calcaria, plurimo aëre fixo & aqua conſtans.

Lamelloſum, nitidum, paraſiticum, molle, leviuſculum, in fragmenta rhomboidea diſſiliens. In igne crepitans.

* *figuræ communis.*

opacum. 1. Sp. opacum vel ſubopacum.

Syſt. nat. I. *p.* 153. *n.* 4. XII. 3. *p.* 49. *n.* 5. Spatum ſolubile ſubdiaphanum compactum.

Waller ſyſt. miner. 1. *p.* 137 *n.* 1. Spatum rhomboidale opacum.

Cronſt. miner. §. 10. 2. *β.* Spathum calcareum rhomboidale opacum.

β) fragmentis irregularibus.

Syſt. nat. I. *p.* 153. *n.* 7. XII. 3. *p.* 49. *n.* 7. Spatum (calcarium) ſolubile ſubopacum compactum, fragmentis ſubſquamoſis.

γ) nitore variabili.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 49. *n.* 10. Spatum (fugax) ſolubile opacum ſecundum ſitum lucis fugax.

Habitat in Norwegia, Suecia, Germania, Helvetia, Hungaria, γ) *cruſtæ lividæ ad inſtar cujus particulæ omnes angulis ſuis unum latus ſpectent in aliorum lapidum ſuperficie, ceterum frequentiſſime album, aliquando cinereum, cæruleſcens, vireſcens, flaveſcens, rubrum, nigricans.*

arenarium. 2. Sp. diaphanum, lamellis inordinatim congestis.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 50. *n.* 9. Spatum (confusum) solubile subdiaphanum, rhombis confusis.

Wall. min. 55. Spatum particulis dispersis irregularibus.

Wall. syst. min. I. *p.* 138. *n.* 3. Spatum particulis dispersis rhomboidalibus irregulariter congestis.

Habitat in Suecia & Saxonia, *album*, *griseum*, *rubrum*, *fuscum aut viride.*

pellucidum. 3. Sp. pellucidum.

α) hyalinum.

Syst. nat. I. *p.* 153. *n.* I. XII. 3. *p.* 48. *n.* I. Spatum (speculare) solubile pellucidum, objectis simplicibus.

Waller. min. 56. & *syst. min.* I. *p.* 139. *n.* 4. a. Spatum pellucidum molle album.

Cronst. miner. §. 10. I. α. 2. I. Spatum rhomboidale diaphanum non duplicans album.

Scheuchz. it. alp. p. 324. & 542. Androdamus Plinii.

β) tinctum.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 50. *n.* 6. Spatum solubile pellucidum coloratum.

Mus. Tess. 16. *n.* 8. Spatum compactum pellucidum tinctum.

Waller. syst. min. I. *p.* 139. *n.* 4. b. c. d. e.

Cronst. miner. §. 10. I. α. 2. 2.

γ) objecta duplicans.

Syst. nat. I. *p.* 153. *n.* 2. XII. 3. *p.* 48. *n.* 2. Spatum solubile pellucidum objecta duplicans.

Cronst. miner. §. 10. *n.* I. α. I. Spatum rhomboidale diaphanum objecta duplicans.

Carth. min. 12. Spatum informe molle diaphanum objecta duplicans. *Carth. min.* 12.

Waller. miner. 57. *syst. miner.* I. *p.* 140. *n.* 5. Spatum pellucidum objecta duplicans.

Woltersd. min. 19. Spatum alcalinum amorphum islandicum.

Spatum in cippis Runicis recrescere ex ipsius saxi litteris excavatis, memorabile est. It. gotl. 327.

Spati generationem videre est in Stalactita.

Spati particulæ rhombeæ probe distinguendæ a crystallis, crystalli enim spatosæ diversissima figura gaudent ab earum particulis rhombeis constitutivis.

Er. Bartholini experimenta cryſtalli islandici disdiaclaſtici, quibus mira & inſolita refractio detegitur. Hafn. 1669.

4. Cryſtallus islandicus.

Habitat in Ruſſiæ, Lapponiæ, Norwegiæ, Sueciæ, Saxoniæ, Herciniæ, Helvetiæ *montibus*, γ) *frequentius in* Islandia, β) *flavum flaveſcens, olivaceum, vireſcens, cæruleſcens, infumatum, nigricans, rarius rubrum aut venis pictum, interdum poſt calcinationem inter prunas peractam in tenebris lucens.*

** *figuræ peculiaris.*

cellulosſum. 4. Sp. ſuperficie in cellulas partita.
Habitat in Hungaria, Hercynia.

ſtalactiticum. 5. Sp. figuræ ſubcylindricæ.
β) Spatum batryoides.
γ) Spatum fruticuloſum.
Habitat. v. g. *in* Bohemia, Hungaria.

globoſum. 6. Sp. figuræ ſubgloboſæ denſum.
Syſt. nat. I. *p.* 195. XII. 3. *p.* 179. *n.* 4. Aëtites (marmoreus) marmoreus, embryonibus fixis cryſtallinis Natri hyodontis.

It. cel. 136. *Act. Stockh.* 1740. *t.* 2. *f.* 18. *Muſ. Teſſ.* 80. *n.* 3. Pomum cryſtallinum.

Cronſt. miner. §. 11. b. 2. Spatum druſicum, cryſtallis pyramidalibus concretis.

β) Spatum reniforme.
Habitat v. g. *in* Hungariæ & Tranſilvaniæ *fodinis*, Helvetia, Suecia, *intus ſæpe ex cryſtallis prismaticis aut pyramidalibus ſtellatim convergentibus conflatum.*

inane. 7. Sp. ſubgloboſum, globis inanibus.
v. Born ind. foſſil. I. *p.* 9.
Habitat in fodina Hungariæ Shemnizenſi a Chriſtina *denominata.*

*** *figuræ cryſtallinæ.*

bracteatum. 8. Sp. tabulis hexaëdris.
Wal. ſyſt. min. I. *p.* 143. *n.* 6. l. m. *Born ind. foſſ.* I. *p.* 8. 2. *p.* 80. Spatum cryſtalliſatum lamelloſum.
β) tabulis ſuborbicularibus.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 86. *n.* 5. γ. *Amoen. acad.* I. *p.* 479. *t.* 16. *f.* 18. Cryſtallus ſubnitriformis ſpatoſa plana ſuborbicularis hexaëdra.

v. Born ind. foſſ. 2. *p.* 80. Spatum cryſtalliſatum ſuborbiculare.

γ) tabulis ſparſis.

δ) tabulis imbricatis.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 86. *n.* 5. δ. *Amoen. acad.* I. *p.* 480. *t.* 16. *f.* 19. Cryſtallus ſubnitriformis ſpatoſa plana trifariam imbricata.

ε) tabulis in ſeries aggregatis.

Karſten Lesk. Mineralkab. I. *p.* 256.

ζ) tabulis in roſæ formam aggregatis.

η) tabulis in cellulas aggregatis.

v. Born ind. foſſ. I. *p.* 8. Spatum calcarium figuratum lamelloſum, lamellis mæandriformibus.

ϑ) tabulis in priſma aggregatis.

v. Born ind. foſſ. 2. *p.* 80. Spatum cryſtalliſatum lamelloſum album, lamellis diſtinctis in priſma aggregatis.

ι) tabulis in pyramidem aggregatis.

Karſten Lesk. Mineralkab. I. *p.* 256.

Habitat in Nericia Sueciæ, Scotia, Hercynia, Saxonia, Bohemia, Hungaria, Tranſilvania, *rarius flaveſcens, melleum, carneum aut roſeum quam album, nunc pellucidum, nunc diaphanum, nunc ſubopacum, colore nitore pelluciditatis gradu interdum matrem perlarum referens.*

cubicum. 9. Sp. cryſtallis perfecte cubicis aggregatis.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 99. *n.* 5. Muria (teſtarum) lapidoſa ſpatoſa aggregata ſparſa efferveſcens.

Wall. ſyſt. miner. I. *p.* 141. *n.* 6. a. Spatum cryſtalliſatum cubicum.

Habitat in Dalecarlia Sueciæ, *in* Saxoniæ *fodinis prope* Kamsdorf & Scharfenberg, *in* Temeſienſi *prope* Moldava, *cubis minutis, rarius mali perſicæ flores colore æmulantibus quam albis, interdum in uvæ aut ſphæræ ſpeciem aggregatis.*

rhombeum. 10. Sp. cryſtallis aggregatis cubicis, faciebus obliquangulis. Fig. 22.

Syst. nat. I. *p.* 164. *n.* 4. *t.* 8. *f.* 13. XII. 3. *p.* 100. *n.* 9. *Amoen. acad.* I. *p.* 481. *t.* 16. *f.* 21. *Schr. lith.* 44. *Muſ. Teſſin.* 36. *n.* 7. Muria lapidoſa ſpatoſa ſolitario-rhombea fixa.

Carth. min. 13. Spatum cryſtalliſatum, cryſtallis rhomboidalibus.

β) Spatum rhombeum, marginibus duobus obtuſis oppoſitis truncatis.

Karſten Lesk. Mineralkab. 1. *p.* 260.

γ) Spatum rhombeum, faciebus convexis.

Karſten Lesk. Mineralkab. 1. *p.* 259.

Habitat in Saxoniæ, Thuringiæ, Franconiæ *fodinis, utplurimum album.*

triedrum. 11. Sp. priſmatibus triedris pyramide triedra terminatis.

Gerh. Mineralſ. p. 47. Porus prismaticus.

Habitat. . . . .

tetraëdrum. 12. Sp. priſmatibus tetraëdris. *v. Born ind. foſſ.* 1. *p.* 6. 8. 2. *p.* 78.

β) Spatum priſmatum faciebus alternis anguſtioribus.

γ) Spatum ſuperficie rugoſa.

δ) Spatum priſmatum faciebus terminalibus in aciem exeuntibus.

ε) Spatum priſmatibus utrinque pyramide tetraëdra terminatis.

Habitat in Sileſiæ *fodinis prope* Schmotſeifen, Hungariæ *fodinis prope* Schemniz & Boinick, *in* Carniolicis *prope* Idriam, *ſtiriacis prope* Eiſenerz, *bohemicis prope* Joachimsthal, ſaxonicis *prope* Freyberg, ſcoticis prope Strontiam, *nunc opacum, nunc pellucidum, frequentius album quam rubeſcens aut vireſcens.*

priſmaticum. 13. Sp. priſmatibus perfectis hexaëdris. Fig. 5.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 86. *n.* 5. Nitrum (truncatum) lapidoſum ſpatoſum octaëdrum, priſmate hexaëdro utrinque truncato.

Amoen. acad. 1. *p.* 479. *t.* 16. *f.* 16. *Muſ. Teſ.* 28. *n.* 4. Cryſtallus ſubnitriformis ſpatoſa utrinque truncata.

Cronſt. min. §. 11. a. Cryſtalli ſpatoſi hexagoni truncati.

Wall. miner. 58. *f.* 5. Spatum cryſtalliſatum priſmaticum hexaëdrum truncatum.

Wall. ſyſt. miner. 1. *p.* 142. *n.* 6. f. Spatum cryſtalliſatum hexangulare priſmaticum oblique truncatum.

Wolt. miner. 19. Spatum alcalinum priſmaticum hexaëdrum utrinque truncatum.

β) Spatum priſmaticum, faciebus terminalibus convexis.

γ) Spatum faciebus terminalibus in aciem terminatis.

δ) Spatum priſmaticum, faciebus alternis anguſtioribus. Fig. 6.

Amoen. acad. p. 479. Cryſtallus ſubnitriformis ſpatoſa, priſmatis lateribus alternis anguſtioribus.

ε) Spatum priſmaticum, faciebus duabus oppoſitis reliquas longe ſuperantibus.

ζ) Spatum priſmaticum in igne lucem ſpargens.

Habitat in Hercyniæ, Saxoniæ, Sileſiæ, Hungariæ, Derby Angliæ, Norwegiæ *liberum in humo prope* Bejonam Aquitaniæ *fodinis*, ζ) *in* Arragonia & Valencia Hiſpaniæ, *utplurimum album & frequenter pellucidum cryſtallis* δ) *interdum geminis, crebrius aggregatis ſparſim aut in ſeries, nonnunquam ita ut gradus ſcalæ referant, majoribus vel tenuioribus.*

dodecaëdron. 14. Sp. priſmatibus hexaëdris utrinque pyramide triedra terminatis. Fig. II.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 91. *n.* 11. Natrum lapidoſum ſpatoſum dodecaëdrum priſmate hexaëdro, pyramidibus triedris, planis omnibus pentagonis.

Muſ. Teſſin. 26. *t.* 2. *f.* 5. Nitrum ſpatoſum cauleſcens, pyramidibus triedris lateribus pentagonis.

Scop. hydrarg. Cryſtallus ſpatoſa priſmatica ſubereƈta pellucida vitrea.

Wall. ſyſt. miner. I. *p.* 143. *n.* 6. I. Spatum cyſtalliſatum dodecaëdrum.

β) Spatum pyramidum marginibus truncatis.

γ) Spatum pyramidum apicibus truncatis.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 86. *n.* 6. Natrum (14edrum) lapidoſum ſpatoſum decateſſeraëdrum, priſmate triedro ſubhexagono, pyramidibus truncatis.

Amoen. acad. I. *p.* 479. *t.* 16. *f.* 17. Cryſtallus ſubnitriformis ſpatoſa utrinque truncata triquetra, angulis omnibus planis.

Waller. ſyſt. miner. I. *p.* 143. *n.* 6. k. Spatum cryſtalliſatum tetradecaëdrum priſmaticum.

δ) Spatum pyramidum faciebus convexis.

ε) Spatum priſmate breviſſimo.

v. Born ind. foſſ. I. *p.* 5. *t.* I. *f.* 2.

ζ) Spatum cryſtallis in globi faciem aggregatis.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 191. *n.* 19. Tophus (ſpatoſus) ſpatoſus ſubrotundus tunicatus, marginibus ſerratis.

Muſ. Teſſin. 14. *n.* 1. Spatum orbiculatum tunicatum, marginibus ſerratis.

Habitat in Palatinatus rhenani, Hercyniæ, Saxoniæ, Sileſiæ, Hungariæ, Temeſiæ, Tranſilvaniæ, Angliæ

(Derby) *fodinis, utplurimum pellucidum, rarius flavescens aut virescens quam album, pyramidibus interdum depressis crystallis, nunc tenuioribus nunc crassioribus, geminatim sibi adnatis, sub angulo recto se secantibus, aut in series, fasciculos, bacillos globi, olivæ, pyramidis formam aggregatis.*

octodecaëdrum. 15. Sp. prismatibus hexaëdris utrinque pyramide hexaëdra terminatis.

β) Spatum prismatibus hexaëdris supra pyramide hexaëdra terminatis, pyramidis marginibus prisma versus incurvis.

Ferber 3 *Briefe p.* 50.

γ) Spatum (cordatum) prismatibus hexaëdris pyramide hexaëdra terminatis, media sui parte inverse sibi oppositis.

Ferber 3 *Briefe p.* 50.

Habitat in Hercyniæ & Angliæ (Derby & Cumbriæ) *fodinis, album vel flavescens, pyramide terminali interdum altera triedra aucta.*

Hyodon. 16. Sp. pyramide duplici hexaëdra. Fig. 31.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 92. *n.* 13. Natrum lapidosum marmoreo-spatosum obliquum dodecaëdrum, pyramide hexaëdra.

Amoen. ac. 1. *p.* 480. *n.* 22. Crystallus subnitriformis spatosa acaulis, pyramidibus æqualibus.

Mus. Tessin. 26. *n.* 1. *t.* 2. *f.* 7. & 28. *n.* 5. Nitrum irregulare spatosum acaule, pyramidibus trigonis, lateribus rhombeis carinatis & Nitrum spatosum acaule utrinque pyramidatum, pyramide superiore subulata.

Wall. min. 58. *n.* 3. Spatum crystallisatum sexangulare.

Waller. syst. miner. 1. *p.* 141. *n.* 6. c. Spathum crystallisatum hexangulare pyramidale duplicatum.

Cronst. miner. §. 11. 1. b. 1. Crystalli spatosi pyramidales distincti.

β) pyramidibus cavis inanibus.

γ) pyramide utraque ad apicem, altera triedra aucta.

δ) marginibus pyramidum obtusis.

ε) pyramide alterutrà longiori.

Amoen acad. 1. *p.* 477. *t.* 16. *f.* 9. 10. *Mus. Tessin.* 28. *n.* 5. Crystallus nitriformis spatosa acaulis, pyramide superiore subulata.

ζ) crystallis in fasciculos aggregatis.

Amoen. acad. 1. *t.* 16. *f.* 11. Crystallus nitriformis spatosa acaulis aggregata fasciculata decumbens.

Habitat in Angliæ (*potissimum* Derby,) Sueciæ (*prope* Dannemora & Sahlberg,) Hercyniæ, Salzburgi, Hungariæ *fodinis*, *frequentius album quam flavescens*, *nunc pellucidum nunc opacum*, *crystallis sæpe exilibus rarius transversim sulcatis*, *interdum in series ordinatis aut in arbusculas aggregatis.*

sexangulare. 17. Sp. pyramide hexaëdra simplici.

Waller. syst. miner. 1. *p.* 141. *n.* 6. b. Spatum crystallisatum hexangulare pyramidale.

β) Spatum pyramide ad apicem altera triedra aucta.

γ) Spatum crystallis alia corpora aculeorum ad instar obsidentibus.

Waller. syst. miner. 1. *p.* 142. *n.* 6. d. Spatum crystallisatum hexangulare pyramidale, superficie aculcata

Habitat in Sueciæ (*prope* Dannemora,) Hercyniæ, Thuringiæ, Saxoniæ, Hungariæ *fodinis*, *crystallis nunc majoribus nunc minoribus*, *nunc latioribus nunc angustioribus*, *interdum capillaribus*, *rarius inversis*, *nonunquam sub angulo recto se secantibus*, *fasciculatim stellatim in bacilli mergetis*, *arbusculæ*, *pyramidis hexaëdræ duplicis formam aggregatis.*

pentaëdrum. 18. Sp. pyramide pentaëdra simplici.

v. Born ind. foss. 1. *p.* 6. Spatum calcarium crystallisatum pellucidum album, crystallis pyramidatis pentagonis aggregatis.

Habitat in Hercynia, *album*, *pellucidum*, *aggregatum.*

pentagonum. 19. Sp. pyramide pentaëdra duplici.

v. Born. ind. foss. 1. *p.* 6. 7.

Habitat in Hungaria & Comitatu Tyrolensi, *nunc opacum nunc pellucidum*, *utplurimum album*, *rarius auroræ colore conspicuum*, *crystallis non raro inanibus faciebus inæqualibus.*

pyramidale. 20. Sp. pyramide triedra duplici.

v. Born ind. foss. 1. *p.* 5. 6. 2. *p.* 78.

β) Spatum baseos communis angulis truncatis.

Karsten Lesk. Mineralkab. 1. *p.* 258.

γ) Spatum crystallis inanibus.

Karsten Lesk. Mineralkab. 1. *p.* 262.

Habitat in Scotiæ, Angliæ, Hercyniæ, Magdeburgi, Saxoniæ, Tyrolis, Silesiæ, Hungariæ *fodinis*, *nunc opacum nunc pellucidum*, *frequentius album quam*

cinereum

cinereum aut alius coloris, pyramide utraque vel alterutra interdum elongata & acuta, rarius diagonaliter striata, crystallis utplurimum minutis aut in series, cellulas rosæ, globi, granorum speciem digestis.

trigonum. 21. Sp. pyramide triedra simplici. Fig. 37.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 92. *n.* 12. Nitrum (urinosum) lapidosum marmoreo-spatosum erectum, pyramide triedra.

Wall. syst. min. 1. *p.* 142. *n.* 6. 9. Spatum crystallisatum triangulare.

β) crystallis inanibus.

γ) pyramidis baseos angulis truncatis.

δ) pyramidis apice excavato.

ε) pyramide ad apicem altera adhuc aucta.

ζ) crystallis imbricatim aggregatis.

Crystallus subnitriformis spatosa aggregata trifariam imbricata. *Amoen. acad.* 1. *p.* 478. *t.* 16. *f.* 14.

Nitrum spatosum acaule, pyramide triquetra acute imbricata *Mus. Tes.* 28. *n.* 6.

Habitat in Sueciæ (Sahlberg,) Angliæ (Derby,) Hercyniæ, Saxoniæ, Lusatiæ, Stiriæ, Vicentiæ, Hungariæ, Temesiæ *fodinis, nunc opacum, nunc pellucidum, utplurimum album, rarius fuscescens aut flavescens, rarissime olivaceum, crystallis frequentius minutis, nunc latioribus, nunc angustioribus, interdum capillaribus, nunc longioribus, nunc brevioribus, aliquando depressis, sparsim vel imbricatim aggregatis, vel in renis aut granorum speciem congestis.*

lenticulare. 22. Sp. crystallis lentis formam præ se ferentibus.

Mus. Tessin. 28. *t.* 2. *f.* 1. Natrum lenticulare acaulon.

Habitat in Hercyniæ, Thuringiæ, Saxoniæ, Bohemiæ *fodinis, utplurimum album, sæpe pellucidum aut nucleo lacteo per corticem diaphanum transflucente conspicuum, crystallis interdum cavis, frequenter hexaëdris, interdum ephippii in modum incurvis, sparsim in cellulas rosæ aut granorum sphæricorum formam aggregatis.*

granatinum. 23. Sp. dodecaëdrum ex pentagonis conflatum.

Gerh. Mineralf. p. 49. *n.* 12. Porus granaticus.

Habitat in Angliæ, Hercyniæ, Saxoniæ, Silesiæ, Carinthiæ, Hungariæ, Temesiæ *fodinis, utplurimum album, rarius flavescens, an mera cubici aut dodecaëdri varietas?*

chrysolithinum. 24. Sp. viride, prismatibus hexaëdris utrinque pyramide hexaëdra terminatis. *Werner bergm. Journ.* 1790. 7. *p.* 74. &c.

Romé de l'Isle cryſtallogr. ed. 2. *vol.* 2. *p.* 272. Chrysolithe.

Habitat in Hispania *prope* Carboneira, *subdurum, cum aqua forti parum effervescens in fragmenta indeterminata dissiliens, prunis injectum non lucens, transversim fractum texturam conchaceam referens, ponderis specifici* 3098 : 1000, *cryſtallis minutis solitariis intus interdum cavis. An hujus generis?*

11. SCHISTOSPATUM. Ex terra calcaria, plurimo aëre fixo & aqua constans, cum acidis effervescens.

Lamellosum, lamellis incurvis, parasiticum molle in fragmenta indeterminata dissiliens, leviusculum, attacta pinguiusculum.

In igne crepitans.

fissile. 1. Sch. album.

Syſt. nat. I. *p.* 153. *n.* 1. XII. 3. *p.* 48. *n.* 3. Spatum solubile diaphanum fissile album.

Wall. min. 59. & *syſt. miner.* 1. *p.* 138. *n.* 2. Spatum lamellosum molle.

Carth. min. 12. Spatum informe molle diaphanum, lamellis minutissimis.

Cronſt. min. §. 10. 2. Spatum lamellosum.

β) Schistospatum lamellis undulatis.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 49. *n.* 4. *It. wgoth.* 131. Spatum (undatum) solubile lamellosum undulatum album.

Habitat rarius in Norwegiæ (*prope* Konigsberg & Eger) & Saxoniæ (*prope* Schwarzenberg) *fodinis*, *β*) *in sabulo* Daliæ Suecicæ *prope* Kopmanneficell, *fragile, formæ communis, ex cinerascente aut rufescente album, nunc opacum, nunc subopacum, rarius diaphanum intus nitens, nitore externo pinguedinem referens,*

12. INOLITHUS. Ex terra calcaria aëre fixo & pauca aqua constans, aqua forti totus cum effervescentia solvendus.

Fibrosus, parasiticus, mollis, leviusculus, in fragmenta indeterminata acutangula dissiliens.

filamentosus. 1. I. fibris parallelis. *Gerh. Mineralſ. p.* 52.
Syſt. nat. XII. 3. *p.* 47. *n.* 2. Stirium (marmoreum) diaphanum solubile fibrosum.
It. ſcan. 121. Alabastrites.
Waller. ſyſt. miner. 1. *p.* 127. *n.* 6. a. Calcareus figuratus filamentosus.
β) *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 184. *n.* 8. *Muſ. Teſſin.* 76. *n.* 5. Stalactites (stiriaceus) fibris transversis.
γ) *Vandell. diſſ.* 16. Tophus alter.
Habitat in Russia, Dalecarlia, Scania, Polonia, Marchia, Saxonia, Bohemia, *γ*) *in* thermis Aponi, *rarius pellucidus quam diaphanus aut opacus, fibris nunc rectis, nunc incurvis, nunc longioribus, nunc brevioribus, nunc angustioribus, nunc latioribus ut radios fore dixeris, albus, interdum flaveſcens aut fuſceſcens, rarius cæruleus, nonnunquam alia corpora quaſi cortice obducens.*

acerosus. 2. I. fibris fasciculatis. *Gerh. Mineralſ. p.* 53. *n.* 3.
Habitat in Hungariæ (Schemniz) *fodinis, albus, interdum flaveſcens, luteus, ex luteo fuſcus vel carneus.*

stellaris. 3. I. fibris stellatim divergentibus, formæ communis.
Gerh. Mineralſ. p. 52. *n.* 2. Inolithus radians.
Habitat in Marchiæ *calcariis montibus*, Bohemiæ & *frequens in* Hungariæ *fodinis, albus, interdum flaveſcens aut cinereus.*

Flos ferri. 4. I. ramulosus, fibris stellatim divergentibus.
Syſt. nat. I. *p.* 191. *n.* 3. XII. 3. *p.* 183. *n.* 4. *Scop. hydrarg.* Stalactites marmoreus ramulosus.
Carth. min. 71. Ferrum mineralisatum ramosum album, ramis erectis acuminatis glabris nitentibus.

Waller. min. 244. *n.* 1. Minera ferri alba germinans.
Waller. syst. min. 2. *p.* 388. *n.* 9. d. Stalagmites coralloideus.
Habitat quamvis ferri expers aut certe inops, ferri mineris utplurimum insidens, potissimum in ferrifodinis Heidenheimensibus Wirtembergiæ, Eisenerzensibus Stiriæ, Huttenbergensibus Carinthiæ, *etiam in* Schemnizensibus Hungariæ, *ut plurimum niveus, interdum flavescens.*

13. STALACTITES. Ex terra calcaria, aëre fixo & aqua conflatus, ex aqua in aëre præcipitatus.

Diaphanus, intus inconspicuus, in fragmenta indeterminata dissiliens, in crustas concentricas secedens.

In ædificiis inprimis subterraneis & antris potissimum calcariorum montium obvius.

Spatosus. 1. St. pendulus intus lamellosus diaphanus.
Syst. nat. I. *p.* 191. *n.* 5. XII. 3. *p.* 184. *n.* 7. *Mus. Tessin.* 78. *n.* 6. Stalactites marmorea spatosus solidus.
Cronst. m. §. 12. 2. Stalactites solidus, particulis spatosis.
Carth. min. 13. Spatum molle ex aqua destillante generatum.
Habitat in antro Baumanni Hercyniæ, Nebelloch Wirtembergiæ, Adrianopoli, *prope* Rhotomagum *in* Normannia, &c. *varias formas indutus.*

Stiria. 2. St. pendulus concentrico-crustosus.
Wall. min. 329. Porus aquæ stillatitius in aëre sub stillicidio concretus pendulus.
Wall. syst. min. 2. *p.* 386. *n.* 8. Stalactites calcareus stillatitius sub stillicidio concretus pendulus.

α) cylindricus.
a) inanis s. fistulosus.
b) solidus.

a) Priapolithus. *Marcorelle act. Parif. peregr.* 7. *n.* 4. Calites, Phalloides. *Wall. syst. min.* 2. *p.* 601. *n.* 1. f.
b) Stalactites fungiformis. *Wall. syst. min.* 2. *p.* 388. *n.* 9. c.
β) conicus.
a) inanis f. fistulosus.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 190. *n.* 18. Tophus (turbinatus) calcarius turbinatus multicorticatus interne imbricatus.
Cronst. miner. §. 12. d. Stalactites conis concretis excavatis.
b) apice perforatus.
Syst. nat. I. *p.* 191. *n.* 2. XII. 3. *p.* 183. *n.* 2. *Muf. Teffin.* 76. *n.* 2. Stalactites (stillatitius) cretaceus tunicato-crustaceus, apice perforato natroso.
Cronst. min. §. 12. b. Stalactites coniformis perforatus.
c) solidus.
γ) alius nunc magis teretis nunc magis compressæ formæ, referens v. g. radices.
a) zedoariæ.
b) ireos florentinæ.
c) zingiberis, Zingiberites.
Habitat in ædificiorum *partibus & generibus ex lapidibus calcariis aut cum cæmento calcario exstructis, in antris montium calcariorum in quæ aqua stillat, etiam in* fodinis *stratis calcareis propinquis* e. gr. *prope* Helsingburg Scaniæ, *prope* Osterwalde Saxoniæ *inferioris, in antro* Baumanni, *prope* Eula, Branick & Kofors Bohemiæ, *ad salinas* Austriæ *superioris, prope* Rodnan Transilvaniæ, *in* Tyroli, *prope* Stuttgardiam, & *in antro* Nebelloch Wirtembergiæ, *prope* Befort Sundgaviæ, &c. *utplurimum albus, interdum griseus, fuscus aut flavescens, intus inconspicuus.*

Stalactites. 3. St. sessilis faciebus sphæricis conspicuus.
Wall. syst. min. 2. *p.* 387. *n.* 9. Stalactites calcareus post stillicidium, figura globosa, botryitica vel alia concretas.
α) globulosus.
a) globulis sejunctis.
b) globulis geminis conjunctis Orchiti. *Wall. syst. miner.* 2. *p.* 601. *n.* 1. g.
β) nodulosi.
Bellaria lapidea, Confetto di Tivoli.
γ) reniformes.
δ) mammillares.
ε) Carpolitni *multi.*

ζ) Stalactitæ brassicam cauliflorum referentes.
γ) Chiriti.
ι) Sceliti.
Habitat in fundo antrorum & fodinarum *in* montibus *præsertim* calcariis exsculptarum, α) *frequens prope* Turrick *ad* montes Carpathicos, β) *frequens circa* Tiburtium.

solidus. 4. St. sessilis solidus.
Syst. nat. I. *p.* 191. XII. 3. *p.* 183. *n.* 3. *Mus. Tessin.* 76. *n.* 4. *Schreb. lith.* 94.
Cronst. min. §. 12. c. Stalactites figura incerta.
Daubent. act. Paris. 1754. Albâtre calcaire.
Habitat Adrianopoli *in* antro Baumanni *aliisque ejus generis*, *in* Saxonia (*prope* Annaberg,) Bohemia, Stiria, Wirtembergia *diaphanus*, *polituram admittens quasi pinguiusculam*, *lacteus*, *venis*, *striis*, *maculis rubris*, *roseis*, *flavis*, *fuscis*, *cinereis varius*, *cinereus*, *ruber flavus*, *fuscus*, *raro cæruleus*.

14. PISOLITHUS. Ex terra calcarea, paucissima arena & ferri calce, aëre fixo & aqua constans.

Molle, subopacum, intus inconspicuum, in fragmenta indeterminata dissiliens, in grana sphærica secedens.

Texturæ concentrice lamellosæ.

Prope thermas obvius.

carolinus. 1. PISOLITHUS.
Syst. nat. I. *p.* 189. *n.* 2. Tophus calcareus thermarum.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 189. *n.* 14. Tophus (Oolithus) calcarius globulis pisiformibus crustatis congestus.
Cronst. min. §. 12. 1. a. Stalactites testaceus globosus.
Worm. mus. 52. Pisa carolina.
Waller. syst. min. 2. *p.* 384. *n.* 7. a. Oolithus majoribus globulis, pisi magnitudine.
Habitat prope thermas Carolinas Bohemiæ, *in* Silesia, Hungaria, *amplum in* Bohemia *stratum constituens*, *ex flavescente albus ut tamen aliquando in fuscum inclinet*, *rarius reniformis*, *singulis globulis inclusa nuclei loco arenæ granulo*.

15. MARMOR. Ex terra calcaria, aëre fixo & aqua conflatum.

Duriusculum, macrum, formæ communis leviusculum, integros montes vel magnam eorum portionem constituens aut vagum.

Igne in calcem vivum abiens, acidis cum effervescentia magnam partem solubile.

Hammites. Rogenstein. 1. M. opacum inconspicuum compactum in granula rotunda ex minoribus globulis aggregata secedens.

Syst. nat. I, *p.* 151. *n.* 2. XII. 3. *p.* 43. *n.* 12. *Schreb. lith.* 17. Marmor granis globosis crustatis confertissimis.

It. gotl. 266. Oolithus.

Vogel min. 256. Pisolithus.

Wall. syst. miner. 2. *p.* 383. *n.* 7. Stalactites calcareus globularis minoribus globulis crustaceis sine basi concretus.

β) Oolithus Phacitas, globulis magnitudine ovorum piscium.

γ) Cenchrites, globulis magnitudine seminum milii.

δ) Meconites, globulis magnitudine semina papaveris æquantibus.

Habitat in montibus stratariis Gothlandiæ, Saxoniæ, Thuringiæ, Ducatus Brunsvicensis, Galliæ, Helvetiæ, *ampla utplurimum & in eodem monte plura strata constituens, obscure cinereum aut fuscum, aut ex utroque colore mistum, rarius subopacum, fragmentis in quæ dissilit, setis obtusangulis, granis in quæ secedit nunc majoribus nunc minoribus, rarius animalium partium vestigia continens.*

granulare. 2. M: subopacum lamellosum intus micans duriusculum in grana sponte secedens polituram non admittens.

Syst. nat. I. *p.* 152. *n.* 6. XII. 3. *p.* 41. *n.* 6. Marmor (rude) particulis granulatis micantibus.

Wall. min. 39. Calcareus particulis scintillantibus.

Wall. syst. miner. 1. *p.* 122. *n.* 2. Calcareus granularis densus, particulis micantibus immixtis.

Cronst. min. §. 8. Lapis calcareus, particulis granulatis.

Carth. min. 22. Calcarius rudis micans nitorem assumens.

Wolt. min. 19. Calcarius lapis amorphus rudis dictus polituram non admittens.

Cost. foss. 152. Saxum calcareum scintillans albidum.

Gerh. Mineralſ. p. 40. *n.* 4. Marmor Piperites.

Habitat in montibus ſimplicibus, antiquioribus, *quorum partem ſæpe potiorem aut ampliſſima ſtrata conſtituit, nunquam vivorum corporum veſtigia includens, granis nunc majoribus, nunc minoribus albidum, cinereum, atrum, fuſcum, rubrum flaveſcens aut variegatum, lamellis rectis, ſolo argilloſo emendando, ædificiis exſtruendis, viis plateisque ſternendis, calci urendæ, quam tamen rarius bonam largitur, & fundendis ferri mineris inſerviens.*

micans. 3. M. diaphanum album lamelloſum intus micans duriuſculum in grana ſubtilia ſponte ſecedens polituram admittens.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 42. *n.* 7. Marmor particulis ſpatoſo-ſquamoſis.

Wall. miner. 40. Calcareus particulis diſperſis.

Waller, ſyſt. miner. 1. *p.* 124. *n.* 4. a. & *p.* 120. *n.* 8. a. Calcareus particulis ſpathoſis diſperſis planis irregulariter diſpoſitis nitentibus & marmor unicolor album.

Cronſt. miner. §. 9. 2. 3. Lapis calcareus, particulis ſquamoſis ſ. ſpathoſis.

β) Marmor (tardum) particulis ſubimpalpabilibus, album diaphanum. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 41. *n.* 5.

γ) Marmor (decuſſatum) particulis oblongis, depreſſis decuſſato-ſparſis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 42. *n.* 8.

Syſt. nat. I. *p.* 152. *n.* 7. Marmor ſolubile, particulis micantibus radiantibus.

δ) Marmor (aceroſum) particulis oblongis aceroſis longitudinaliter ſparſis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 42. *n.* 9.

ε) Pietra elaſtica. *Ferber Brief. a. Welſchland. p.* 110.

Habitat in montibus ſimplicibus antiquioribus, *ampliſſima in his ſtrata conſtituens, omni vivorum corporum veſtigio orba in* Finnia, Dalecarlia, Gothia *orientali*, Walsmannia Sueciæ, *in* Saxonia *prope* Crotendorf, Neudorf, Ehrenfriedensdorf, *in* Haſſia *prope* Hochſtetten, *in* Franconia *prope* Wonſiedel, *in* Bohemiæ *ferrifodinis* Presnizenſibus, *in* Temeſiæ *cuprifodinis*, *in* Tranſilvania, Carniolia, Auſtria *prope* Traunſtein, *in* Tyroli, *in* Helvetia, *in montibus* Pyrenæis *prope* Loubie, *in* Hetruria *prope* Seravezza & Montagnucha, *olim prope* Carrara, & *in inſulis* Paros

atque Antiparos, *rarius in ustrinis adhibitum, frequentius ab antiquissimis jam temporibus statuis & elegantioribus ædificiorum partibus, artis ope interdum coloribus variis tinctum pictumque, non raro quartzi grana immixta sibi habens, ut non effervescet modo tardius, sed ad chalybem scintillet.*

squamosum. 4. M. granulare denso intime mistum.

Cronst. min. §. 9. 1. Lapis calcareus particulis squamosis rudioribus.

Nose orograph. Br. Sieb. 2. *p.* 4. schuppichte Kalkstein.

Habitat Garpenbergæ *& in* Finnia Sueciæ, *album vel ex rufescente flavum, montium simplicium partem sæpe præcipuam constituens, corporum vivorum vestigiis privum, calcem præbens non optimæ notæ.*

porosum. 5. M. poris pertusum inconspicuum opacum polituram non admittens.

α) Marmor (Filtrum) poris pertusum aquam distillans. *Gerh. Mineralf. p.* 40. *n.* 5.

Habitat in Marchiæ *lapidicinis* Rüdersdorfiensibus.

β) Marmor spongiosum. *Essai de miner. des monts Pyr.*

Habitat in montibus Pyrenæis *ad montem* Loarde *& in terra* Bearn.

γ) Marmor exesum *Born ind. foss.* 2. *p.* 77.

Habitat prope Idriam Carnioliæ.

δ) Marmor cellulosum. *Born ind. foss.* 2. *p.* 77.

Habitat in Alsatia *&* montibus Giganteis Bohemiæ. *Pori ex pyrita olim innidulante, fatiscente atque eluto.*

margodes. 6. M. densum inconspicuum subopacum polituram non admittens, fragmentis convexis.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 41. *n.* 4. Marmor (fissile) particulis subimpalpabilibus fissile albidum.

Waller. syst. miner. 1. *p.* 353. *n.* 3. Margodes facie marmorea particulis subtilissimis, polituram admittens dendriticus.

Gronov. supell. 99. 102. Schistus pallido albus s. Marmor pappenheimense.

Cost. foss. 169. Schistus calcareus flavo-albidus.

Habitat in montibus stratariis, *frequens potissimum in* circulorum Germaniæ Bavarici, Franconici & Suecici confluxu, *ex flavescente vel rufescente albidum, paucula argilla inquinatum, crebro spati venis diaphanis exaratum & arbuscularum imaginibus pictum, non raro piscium & cancrorum aquas dulces inhabi-*

tantium, rarius testaceorum vestigiis impressis condecoratum, ampla strata in tabulas findenda constituens.

stratarium. 7. M. argilla inquinatum humescens in igne crepitans ex stratis horizontalibus conflatum.
Syst. nat. I. *p.* 151. *n.* 4. XII. 3. *p.* 42. *n.* 10. *Mus. Tes.* 12. Marmor particulis argillosis, fragmentis horizontalibus.
Cost. fossil. 155. Saxum rubrum splendidum durissimum.
Gerh. Mineralf. p. 40 *n.* 3. Marmor-zonatum.
It. œl. 51. *it. scan.* 107. Alwarsten.
It. wogoth. 21. c. Tælgsten.
Habitat in Œlandia *rupestri*, Scania, Kinnekulle Sueciæ *monte*, *rimis horizontalibus & perpendicularibus fissum, petrefactis scatens, stratis superioribus inferiora duritie superantibus.*

florentinum. 8. M. argilla inquinatum opacum densum polituram admittens pictura rudera ædificiorum referens.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 41. *n.* 3. Marmor particulis impalpabilibus opacum compactum poliendum flavicans.
Waller. syst. min. 1. *p.* 133. *n.* 10. a. Marmor pictorium regiones vel urbes desolatas repræsentans.
Cost. foss. 183. *n.* 18. Schistus florentinus variegatus, regiones desolatas & ædificiorum rudem affabre præ se ferens.
Calc. mus. 419. *Linck. oryct.* 14. *Lang lap. fig.* 33. *Baier oryct.* 44. *Myl. saxon.* 1. *p.* 17. *Scheuchz. mus.* 98. 248. Marmor florentinum.
Imper. nat. l. 24. *c.* 24. Marmor de monte Sinai.
Habitat in Italia *media*, *monte* Viennensi Leopoldi, *monte* Sinai, *ex flavescente cinereum, picturis utplurimum fuscis.*

nobile. 9. M. subopacum densum textura festucas referens polituram egregiam admittens coloris altioris.
Syst. nat. I. *p.* 152. *n.* 8. XII. 3. *p.* 40. *n.* 2. *Mus. Tes.* 10. *n.* 1. Marmor solubile, particulis impalpabilibus rasilibus, & Marmor particulis subimpalpabilibus opacum compactum poliendum.
Wall. miner. 45. *syst. miner.* 1. *p.* 129. *sqq. n.* 8. 9. 11. *Cronst. min.* §. 7. Marmor.
Wolt. min. 19. Marmor polituram admittens.
Carth. miner. 23. Calcareus subtilis nitorem assumens, eleganter coloratus.

unicolor. α) M. colore unico æquabili. *Wall. syst. miner. 1. p. 129. n. 8.*
a) *rufum*. Numidium.
b) *carneum*.
c) *rubrum*.
d) *cinnamomeum*. Marmo canello.
e) *flavum*. Phengites.
f) *pallidum*. Polombino antiquo.
g) *cæsium*. Bardglio. Venetum. *Cost. foss. p. 193. n. 10.*
h) *cæruleum*. Chium & Narbonense.
i) *viride*. Verdello. *Cost. foss. p. 199. n. 13.*
k) *lividum*. Pardalium.
β) variegatum. *Waller. min. syst. 1. p. 131. n. 9.*
a) *fasciatum*.
b) *striatum*.
c) *lineatum*, Marmo feritto.
d) *venosum*.
e) *colore altero sensim in alterum diffluente*, Marmo mischio.
f) *maculosum*, Broçatello.
g) *ocellatum* e. g. Occhio di pavone.
h) *punctatum*.
i) *irroratum*, Marmo polveroso.
a) *album*, africanum.
b) *nigrum*, canariense.
c) *luteum*, Porta santa.
d) *purpurascens*, *Lesbium*.
e) *viride*, Lacedæmonicum. *Cost. foss. p. 199 n. 7.*

Habitat ineffabili colorum & picturarum varietate in montibus stratariis, potiorem montium rupiumque calcariarum recentiorum constituens, petrefactis potissimum marinis, & imprimis testaceis refertissimum, ut ex his natum esse sole clarius pateat, ustum, calcem largiens eximium, alias a multis retro seculis sculptoriæ artis princeps materia, & nobilioribus ædium domumque partibus inserviens.

vulgatum. 10. M. subopacum densum textura festucas referens, coloris villoris.

Waller syst. min. 1. p. 119. n. 1. Calcareus solidus particulis impalpabilibus & indistinctis.

Habitat cum nobili vix nisi colorum minori varietate & elegantia distinctum & ejusdem originis, calci vivæ urendæ potissimum inserviens.

fissile. * 11. M. opacum densum ex stratis tenuioribus compositum.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 39. *n.* 12. Schistus (effervescens) scriptura cana, fuscus effervescens.
Vogel miner. p. 150. *n.* 6. Schistus calcareus.
Pott. Lithogaogn. 1. *p.* 44. Fissilis calcareus.
Habitat in Suecia, Anglia, Hispaniæ *monte* Calpi *prope* Gibraltar, *nunc unicolor griseum aut fuscum, nunc bicolor, stratis alternis albis, rufescentibus, fuscis, griseis, nigris aut virescentibus.*

strumosum. 12. M. argilla inquinatum in sphæras cavas intus crystallinas secedens.
Syst. nat. I. *p.* 151. *n.* 3. *Mus. Tessin.* 12. Marmor solubile, fragmentis subrotundis.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 43. *n.* 11. Marmor particulis argillosis, æitis crystallinis sparsis.
It. wgoth. 21. 28. Gorsten.
Habitat in Sueciæ *monte* Kinekulle *pluvio tempore humescens. An distincta hujus generis species?*

16. SUILLUS. Ex terra calcaria, aëre fixo bitumine & pauca aqua conflatus.

Tritus fœtorem urinosum spirans.

Acidis fere totus cum effervescentia solubilis.

Igne in calcem vivam egregiam abiens.

marmoreus. 1. S. opacus densus ater polituram egregiam admittens, fragmentis subconvexis.
Syst. nat. I. *p.* 168. *n.* 7. XII. 3. *p.* 111. *n.* 9. *α Mus. Tess.* 42. *n.* 4. Bitumen marmoreum fœtidum compactum.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 40. *n.* 2. *β.* Marmor nobile nigrum.
Waller. syst. miner. 1. *p.* 130. *n.* 8. b. Marmor unicolor nigrum.
Cronst. miner. §. 23. A. Terra calcarea phlogisto simplici mixta solida, particulis impalpabilibus.
Vog. min. p. 107. Lapis suillus.
Cost. fossil. 186. Marmor nigrescens.
Habitat in montibus stratariis. e. g. Sueciæ, Belgii, Thuringiæ, Franconiæ, Bohemiæ, Silesiæ, *petrefactis corporibus sæpe refertissimus, intus inconspicuus,*

in fragmenta indeterminata dissiliens, pavimentis, monumentis sepulcralibus aliis artis sculptoriæ operibus inserviens, egregium calcem præbens.

schistosus. 2. S. opacus densus fissilis, fragmentis planis.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 40. *n.* 1. Marmor (schistosum) particulis impalpabilibus, nigrum, scriptura alba.

It. scan. 121. 143. 148. 156. Flissten.

Gerh. Mineralf. p. 52. Dysodes (fissilis) textura terrea granulata.

Gron. Suppl. 10. *n.* 7. 8. Schistus fuscus fragilis, Lapis folinus qui ferro attritus urinam folium redolet.

Cost. foss. 172. Schistus fusco cinereus Lapis suillus dictus.

Habitat e. g. *in* Sueciæ, Silesiæ, montibus stratariis, *lithanthracum frequens comes, filicum, aliarumque plantarum potissimum aquaticarum, etiam piscium imaginibus impressis non raro ornatus, nunc niger, nunc ex flavescente fuscus aut cinereus, nunc sabellinus.*

lamellosus. 3. S. textura lamellosa.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 111. *n.* 9. β. γ. δ.

Gerh. Mineralf. p. 54. *n.* 3. Dysodes (spathosus) textura lamellosa.

Cronst. §. 23. B. C. D.

Waller. syst. min. I. *p.* 144. *n.* 7. a. Spatum frictione fœtidum micans.

Habitat in Sueciæ, Thuringiæ *montibus calcariis, parasiticum, atrum vel fuscum, rarius ochroleucum, lamellis nunc majoribus, nunc minoribus.*

crystallinus. 4. S. pyramidibus hexaëdris elongatis.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 111. *n.* 9. E. *It. wgoth.* 21. Bitumen suillum crystallinum.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 86. *n.* 8. Nitrum (suillum) lapidosum spatosum sedecaëdrum fœtidum.

Act. Stockh. 1759. *p.* 26. Lapis suillus.

Wall. miner. 59. *n.* 1. *syst. min.* 1. *p.* 147. *n.* 7. b. Lapis suillus prismaticus.

β) crystallis divergentibus.

Wall. syst. min. 1. *p.* 144. *n.* 7. c. Lapis suillus radiatus.

γ) crystallis in sphæram aggregatis.

Waller. syst. min. 1. *p.* 144. *n.* 7. d. Lapis suillus sphæricus.

Cronst. min. §. 22. 1. E.

Habitat in Sueciæ *terris*, Westrogothia, Œlandia, *in* Iageia.

17. TREMOLITES. Ex terra calcaria, plurima terra ſilicea, pauca magneſia, aqua & aëre fixo conflatus.

Radiatus, duriuſculus, nitens, fragilis, acu attritus in tenebris lucem ſpargens.

Aqua forti cum aliqua efferveſcentia ex parte ſolubilis.

Hoepfneri. 1. TREMOLITES. *Ferber Brief. mineralog. Innhalts, &c.* p. 22.

Habitat in valle Tremola *ad montem* S. Gotthardi Helvetiæ. *Utrum diſtincti generis? An cum ſtellari potius conjungendus? Aut zeolitho adſcribendus?*

18. STELLARIS. Ex terra calcaria, pauciori ſilicea, pauca aqua & ferri calce compoſitus.

Stellatim fibroſus, ſericei nitoris mollis, paraſiticus.

Igne facile cum ebullitione fundendus.

Aqua forti cum efferveſcentia ex parte ſolubilis.

Tranſilvaniæ. 1. STELLARIS. *Fichtel & Bindheim Schrift. berl. Nat.* 3. p. 442. *&c.*

Habitat prope Unterſchebeſch Tranſilvaniæ *in marmore micante duriori albus aut thalaſſinus. An zeolithi ſpecies?*

19. HUMUS. Ex terra calcaria, pauciori ſilicea inflammabili, aëre fixo & ferri calce compoſita.

Ex corporibus animalibus & vegetabilibus putredine diſſolutis ſuperſtes.

Levis, friabilis, aquam imbibens, ſed non retinens, macra, ſcabra, humida, coloris obſcurioris.

Cum aqua forti efferveſcens, igne leniori in cinereo, fortiori in vitrum ſpumidum abiens.

animalis. 1. H. impalpabilis aquam avidiſſime imbibens, rudis vix, uſta ſatis ſenſibiliter cum aqua forti efferveſcens.
Syſt. nat. I. *p.* 209. *n.* 8. 9. XII 3. *p.* 212. *n.* 14. Humus animalis impalpabilis.
Wall. min. 7. *n.* 1. *ſyſt. min.* 1. *p.* 23. *n.* 8. a. Humus animalis terrificata.
Cronſt. §. 246. Humus diverſorum animalium.
Habitat in cœmiteriis *ex animalibus putrefactis ſuperſtes, alba, vel cinerea, leviſſima, lacuſtri fertilior.*

dædalea. 2. H. fuſca ſubtiliſſima.
Syſt. nat. XII. 3. *p.* 209. *n.* 1. Humus vegetabilis impalpabilis fuſca.
Habitat paſſim & ubivis, *ex fimo animalium potiſſimum nata, adeo ſubtilis, ut cum aqua per pannum & chartam griſeam tranſeat, optimum ideo plantarum plurimarum hortenſium alimentum & ſolum.*

ruralis. 3. H. humectata atra, ſicca cineraſcens.
Syſt. nat. I. *p.* 209. Humus vegetabilis communis.
Syſt. nat. XII. 3. *p.* 209. *n.* 2. Humus vegetabilis perfecte pulveriſata atra.
Wolt. min. 11. Humus nigreſcens hortorum.
Waller. min. 1. Humus atra communis.
Waller. ſyſt. min. 1. *p.* 13. *n.* 1. *Cronſt. min.* §. 293. 3. Humus atra.
Carth. miner. 53. Humus pura.

Habitat ubique ex vegetabilibus in ſicco loco ſenſim putrefactis ſuperſtes, plantarum communis matrix, hortenſibus fertiliſſimum ſolum præbens.

pauperata. 4. H. aquam cito dimittens ſicca farinoſa.
Syſt. nat. XII. 3. *n. p.* 209. *n.* 3. Humus vegetabilis ſubfarinoſa.
It. wgoth. 240. Răkjord.
Habitat in ericetis, *plantis utilibus plurimis funeſta & ſiccis potiſſimum annis inviſa agriculis, ſicca enim adeo levis, ut a vento abigatur.*

alpina. 5. H. fuſca particulis majoribus.
Syſt. nat. XII. 3. *p.* 210. *n.* 5. Humus vegetabilis groſſe pulveriſata fuſca.
Habitat in Alpibus *vulgatiſſima, alpinis ſtirpibus egregie conducens, aliis minime.*

efferveſcens. 6. H. ab aqua abſorpta diutius retenta intumeſcens.
Syſt. nat. XII. 3. *p.* 210. *n.* 4. Humus vegetabilis aceroſa, ſicco friabilis.
It. wgoth. 240. Humus ſpongioſa.
Habitat paſſim in ſubhumidis, *an ex radicibus in pulverem fatiſcentibus orta? ſerius exſiccanda, horticolis & agricolis inviſa, cum tempore vernali a gelu nocturno æſtuque diurno attollatur, & pullulantes plantas ejiciat atque eradicet, ut pereant.*

Lutum. 7. H. leviſſima non combuſtilis, humida nigra.
Syſt. nat. I. *p.* 209. *n.* 3. XII. 3. *p.* 210. *n.* 7. Humus vegetabilis aceroſa paludum.
Carth. min. 53. Humus limoſa aquatica.
Wolt. miner. 11. Humus atra paluſtris.
Waller. min. 5. Humus vegetabilis lutoſa.
Waller. ſyſt. miner. 1. *p.* 19. *n.* 5. Humus aceroſa paluſtris.
Cronſt. min. §. 293. B. 2. Humus lacuſtris.
Habitat in paludibus *ſub aqua, e plantis paluſtribus ſenſim corruptis nata, adeo levis, ut aquæ agitatæ diu inhærent, ſolo arenaceo corrigendo conducens.*

martialis. 8. H. colore friabili tincta.
Waller. ſyſt. miner. 1. *p.* 16. *n.* 2. Humus colorata martialis.

Ludw.

Ludw. de terr. muf. Drefd. p. 164. Humus ochia martiali tincta.
Carth. miner. 53. Humus metallica aut femimetallica.

damafce-na. δ) Humus ochraceo rufa vegetabilis. *Syft nat.* XII. 3. *p.* 211. *n.* 10.
Waller. miner. 8. Humus rubra.

tinctoria. γ) Humus vegetabilis atro-tinctoria paludum. *Syft. nat.* XII. 3. *p.* 211. *n.* 8.
Coft. foffil. 89. Ochra nigra argillacea.
Habitat nunc flavefcens, nunc e flavo fufca, nunc rubella, nunc purpurea, colores hos ferri calci debens in Suecia, β) *in* Anglia, Germania, Syria, γ) in Smolandiæ & Scaniæ *paludibus & alnetis, hæc rufticis ad veftimenta lanea atro colore imbuenda adhibita.*

picea 9. H. atra exficcatione confolidefcens. *Hifcan.* 194. 256.
Habitat in Scaniæ *interdum agris, proprium colendi modum requirens.*

muriatica. 10. H. fufca, faporis falfi.
Syft. nat. XII. 3. *p.* 205. *n.* 20. Argilla mixta margacea effervefcens fufca muriatico-falfa.
Cronft. miner. p. 125. Terra e palæftina.
Habitat in Deferto mari rubro *confini*, Ægypto, Syria.

20. MARGA. Ex terra calcaria & argilla utplurimum quoque ferri calce compofita.

Mollis opaca, formæ communis, intus terrea, lævis, ut cum aqua vulgari agitando mifceri queat, in montibus ftratariis obvia.

Aqua forti cum effervefcentia ex parte folubilis.

Igne induranda & fortiori in vitrum fundenda.

terrea. 1. M. friabilis macra fubafpera.
Syft. nat. I. *p.* 206. *n.* 2. Creta argillacea fiffili-friabilis.
Syft. nat. XII. 3. *p.* 204. *n.* 17. Argilla mixta pallida acido effervefcens.

Cronst. miner. 26. Marga friabilis.
Carth. min. 6. Argilla rudis calcaria igne indurescens.
α) *Waller. miner. p.* 15. *n.* 2. Marga argillacea pinguedinem imbibens calore indurabilis.
Waller. Syst. miner. 1. *p.* 69. *n.* 1. Marga argillacea lubrica friabilis plastica.
β) *Waller. miner. n.* 26. Marga fullonum saponacea lamellosa.
Waller. Syst. miner. 1. *p.* 71. *n.* 2. Marga argillacea compacta arida, particulis subtilissimis, pura.
Carth. miner. p. 7 *n.* 1. Smectis subtilis arida cum acidis effervescens.
γ) *Waller. Syst. miner.* 1. *p.* 72. *n.* 3. Marga cretacea inquinans.
δ) *Waller. miner. n.* 27. Marga in aëre deliquescens, pinguefaciens.
Waller. Syst. miner. 1. p. 72. *n.* 4. Marga arenasea, particulis arenaseis mixta, arida, deliquescens, pinguefaciens.
Habitat passim per strata, in Europa, *tenax, coloris varii siccatione expallescens, cruda cum aqua spumescens, non ustulata, agris fertilissima, cum siccata non induretur, nec radiculas comprimat, sed friabilis evadat & aquæ auctumno potissimum stagnantis acidum obsorbeat & ad fluxum minerarum ferri facilitandum adhita; interdum a mica innidulante micans, aut gypsi particulis vel arenæ (δ) granulis inquinata, ab his aspera & igne in vitrum pellucidum transiens, incrustandis vasis argillaceis aptissimum rarissime metallis aliis prægnans præter ferrum, cujus calce facta quoque ustione adhuc tingitur, dominante ceterum modo (γ) terra calcaria, adeo interdum, ut calx, quamvis non optimæ notæ, ex ea uri queat, modo (α β) argilla ut lubrica sit attactu, & parando tartari cremori aut depurando sacchar, fullonum usui, nonnunquam adeo, ut conficiendis fistulis tabacariis & vasis myrrhinis, quæ fayance audiunt, adhibeatur.*

nilotica. 2. M. farinosa subfusca ustulata cinerea humo mista.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 205. *n.* 19. Argilla mixta humo subfusca effervescens non inquinans.
Mus. Tessin. 110. Argilla subfusca.
β) *Waller. min. p.* 31. Marga fusoria vitrificationem admittens.
Waller. Syst. min. 1. *p.* 75. *n.* 6. Marga farinacea mollis non cohærens.

Habitat in Ægypti *agris à* Nili *aquis recedentibus relicta, fertilissima, β) in* Uplandia Sueciæ *poliendo non lubrica.*

fatiscens. 3. M. mollissima fissilis cinerascens in aëre fatiscens.
Syst. nat. I. *p.* 154. XII. 3. *p.* 38. *n.* 8. *Mus. Tess.* 16. *n.* 5. Schistus (margaceus) scriptura rubra.
Cronst. miner. §. 27. Marga indurata aëre fatiscens.
Waller. Syst. miner. I. *p.* 73. *n.* 5. Marga indurata fissilis friabilis aëre fatiscens.
Habitat per strata jam crassiora jam tenuiora, sæpe inter strata calcaria intermedia, in Suecia, Germania, Helvetia; *agris perinde proficua ac terrea; in flavescentem virescentem, cærulescentem, rufum colorem interdum vergens.*

porosa. 4. M. indurata porosa ex aquis præcipitata in fragmenta indeterminata dissiliens.
Syst. nat. I. *p.* 189. *n.* 5. XII. 3. *p.* 186. *n.* 1. Tophus (Ludus) glareoso-argillaceus polymorphus.
Waller. miner. 331. Porus aqueus solidus sub aqua minus s. non fluente deposita materia concretus.
Waller. Syst. miner. 2. *p.* 394. *n.* 17. Tophus solidus margaceus, sub aqua minus vel non fluente deposita materia concretus.
Cronst. miner. §. 28. A. Marga indurata amorpha.
β) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 190. *n.* 17. Tophus (argillaceus) calcario argillaceus amorphus.
Habitat in Angliæ, Sueciæ Germaniæ *aquarum potissimum stagnantium fundo, a multa ferri calce inhærente ustulando rubescens, ea partim de caussa in ferri ustrinis mineris eliquandis addita, alias albida, aut cinerea.*

schistosa. 5. M. indurata non fatiscens cinerascens texturæ schistosæ in fragmenta discoidea dissiliens.
Cronst. miner. §. 28. B. Marga indurata stratis continuis.
β) M. schistosa cruda viridis.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 37. *n.* 4. Schistus (viridis) scriptura alba effervescens viridis.
de Costa foss. 183. Schistus viridis.
Habitat per strata in Germania, Hetruria, *ædificiis, tectis præsertim, viis quoque publicis adhibitat, micæ interdum* (Macigno, Pietra ditorre) *particulis inspersis micans, cupri calcibus aut mineris innidulantibus nonnunquam fœta, alia quoque fossilia interdum continens, in* Bohemiæ *monte* Lusshizensi *forma globosa, & adeo columnari obvia.*

bituminosa. 6. M. indurata non fatiscens nigra pinguiuscula intus nitidula texturæ schistosæ in fragmenta discoidea dissiliens. *Syst. nat.* I. *p.* 179. *n.* 9. *Schreb. lith.* 63. *Inst. min.* 92. Cuprum schisti.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 145. *n.* 11. Cuprum (schistosum) matrice schistosa.
Waller. miner. 281. Minera cupri lapidi fissili inhærens.
Waller. Syst. miner. 2. *p.* 292. *n.* 18. Cuprum corrosum vel diversimode mineralisatum, schisto inhærens.
Habitat in montibus stratariis Thuringiæ, Hennebergiæ, Hassiæ, *a bitumine, quo perfusa est, nigra, atque inflammabilis, difficulter fundenda, marinarum plantarum vestigia impressa sibi sæpe monstrans, crebro etiam innidulans cuprum, rarius nativum quam calces aut mineras, inter has frequentissime pyritaceam, sæpius piscis facie indutam.*

anonyma. 7. M. intus micans duriuscula coloris obscure ferrei. *de Serviere & Vincent de Villas chem. Annal.* 1784. 2. *p.* 287.
Habitat in Gallia *prope* S. Ambroix, *polituram quodammodo admittens, & ad chalybem paramper scintillans, præter pauxillum terræ schistosæ sulphuris & quartzi,* $\frac{2}{25}$ *ferri,* $\frac{7}{50}$ *argillæ, &* $\frac{69}{100}$ *terræ calcariæ continens.*

21. MAGNESIATA. Ex terra calcaria, pauca magnesia nigra, aëre fixo & aqua constans.
Duriuscula, Lamellosa, sponte in grana secedens.
Ad aërem sensim colorem superficiei mutans, tardius, & sæpe non nisi facta trituratione cum acidis effervescens.
In igne nigrescens.

granularis. 1. M. subopaca in igne tranquilla dissiliens in fragmenta indeterminata formæ communis.
Cronst. miner. §. 9. *C.* 1. *nt.*

Bergm. de min. ferr. alb. §. X. *& de tab. ferrum.* §. XVII.
de Morvaan nov. act. Divion. 1783. *sem.* 2. *p.* 9. &c.
Habitat passim in Suecia, *prope* Tunaberg, *in* Sudermannia, *in poraecia* Uplandiæ Lena, *etiam prope* Brion in Burgundia, *marmori squamoso extrinsecus similis, at ustione nigrescens, & ⅓ ponderis sui amittens, & calcem præbens eximiam, arenæ parum ferentem & cæmento pro pavimentis & ædificiorum partibus sub aqua positis cito indurando aptissimam.*

flexuosa. 2. M. intus nidula scriptura cana inquinans in fragmenta indeterminata dissiliens, lamellis incurvis.
Karst. Lesk. Mineralkab. I. *p.* 274.
Hoffmann bergm. Journ. 1789. I. *p.* 191.
Habitat in Hercynia, Saxonia e. gr. *prope* Camsdorf, Scharfenberg, *parasitica, ex rufescente vel cinereo alba.*

spatosa. 3. M. intus nitidula scriptura cana inquinans in fragmenta rhomboidalia dissiliens, lamellis rectis.
Karst. Lesk. Mineralkab. I. *p.* 273. &c.
Hoffmann bergm. Journ. 1789. I. *p.* 189. &c.
α) formæ communis.
β) reniformis.
γ) forma crystallorum nitidarum sæpe exilium nunc sparsarum nunc in series aggregatarum.
a. lentis.
a. communis.
b. ephippium curvatura referentis.
b. rhombi.
a. faciebus planis.
b. faciebus convexis.
c. pyramidis hexaëdræ simplicis acuminatæ.
a. plenæ.
b. intus cavæ.
Habitat in Hercyniæ, Saxoniæ *fodinis nunc diaphana, nunc subopaca, rarius opaca, coloris ex cinereo, rubello aut flavescente albi, isabelini, rosei, carnei vel ex fuscescente rubri in superficie sæpe diversi ex flavescente cinerei, vel ex flavescente aut nigricante fusci, non raro cum nitoris metallici specie conjuncti, minore magnesiæ nigræ portione, & plenaria fere ferri inopia a ferro spatoso distans.*

22. GYPSUM. Ex terra calcaria & vitrioli acido constans.

Leve, mollissimum, frigidiusculum. Cum aqua forti utplurimum non effervescens, igne difficilime liquandum, leniori in pulverem transiens, qui cum aqua non ebullit, sed cum ea in pastam subactus ad aërem induratur & distenditur.

terreum. 1. G. pulverulentum niveum.
Charpent. miner. Geogr. Chursf. p. 334.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 207. *n.* 6. Calx (Gur) fixa impalpabilis farinosa.
Waller. Syst. miner. I. *p.* 34. Gypsum terrestre farinaceum.
Cronst. miner. §. 14. Terra gypsea pulverulenta.
Baum. miner. I. *p.* 145. Nihil album fossile nativum spurium.
Habitat v. g. *in* Saxonia *in fissuris & ad radicem montium & rupium gypsearum, nunc aquæ interventu fere fluida, nunc sicca, & farinam externa facie mentiens;* β) *in* Sueciæ *paludibus.*

arenaceum. 2. G. granulis subdiaphanis albis segregatis.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 208. *n.* 7. Calx (alabastrina) fixa pulvereo granulata subæqualis subdiaphana.
Schreb. lith. 144. Arena gypsea.
Habitat in Thuringia, *arenam facie externa referens, ex alabastro fatiscente natum.*

Alabastrum. 3. G. densum macrum parum nitens in fragmenta indeterminata dissiliens formæ communis polituram admittens.
Syst. nat. I. *p.* 152. *n.* 11. Marmor fixum particulis arenaceis micantibus.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 45. *n.* 3. Gypsum particulis impalpabilibus, diaphanum.
Waller. min. p. 51. & *Syst. miner.* I. *p.* 154. *n.* 1. Gypsum particulis minimis punctis nitens, polituram admittens.
Vog. miner. 119. Alabastrum.
Carth. miner. 24. Gypsus informis subtillis nitorem assumens.

Cronſt. miner. §. 15. A. Terra gypſea indurata ſolida, particulis impalpabilibus.

β) *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 184. *n.* 5. Stalactites (Grignardus) gypſeus ſolidus.

Cronſt. miner. §. 20. 1. Stalactites gypſeus, particulis impalpabilibus.

Habitat in Perſiæ, Hetruriæ, Siciliæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Helvetiæ, Sueviæ, Auſtriæ, Franconiæ, *terræ* Waldeccenſis, Angliæ (Derby) *montibus ſtratariis, in vicinia fontium ſalſorum & ſalis gemmæ non infrequens, ad radicem montium* Hercynicorum, *in* Thuringia, Sibiria *integros montes vel ampla ſaltem eorum ſtrata conſtituens, rarius ſemipellucidum vel ſubopacum, utplurimum diaphanum, niveum ochroleucum, canum, infumatum, ex flaveſcente cinereum, melleum, carneum, rarius fuſcum vireſcens aut nigricans, maculis, venis, ſtriis aut faciis undulatis vel rectis, picturis arbuſcularum & mapparum geographicarum varium, ſæpius ſtalactitæ in morem natum, ſtatuis urnis, ædificiorum partibus nobilioribus internis inſerviens.*

fibroſum. 4. G. macrum fragile fibroſum in feſtucas longas diſſiliens formæ communis.

Syſt. nat. I. *p.* 152. *n.* 10. Marmor fixum, filamentis perpendicularibus parallelis.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 47. *n.* 1. Stirium (gypſeum) pellucidum fixum fibroſum.

Baum. min. 1. *p.* 204. Inolithus.

Carth. min. 18. Inolithus, fragmentis indeterminatis.

Cronſt. min. §. 17. Gypſum fibroſum.

Wall. miner. 49. & *Syſt. miner.* 1. Gypſum filamentis parallelis compoſitum.

Wolt. min. 18. Spatum gypſeum fibroſum.

β) Stirium (alabaſtrinum) pellucidiſſimum fixum coadunatum. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 47. *n.* 3.

Waller. miner. 1. *p.* 160. *n.* 6. Gypſum ſolidum pellucidum fibroſum.

γ) Stirium (baſaltinum) obſcurum fixum, ramentis decuſſatis. *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 47. *n.* 4.

Habitat, raro integros montes conſtituens, in Scaniæ fodinis aluminaribus, *in* Oelandia, Weſtrogothia, Livonia, Curonia, Thuringia, Franconia, Suecia, Sina e. c. β) *in* Hiſpania & *monte* Jura Helvetiæ, γ) *in* Nericia Sueciæ, *fibris frequentius flexuoſis, quam*

rectis, parallelis, quam γ) sparsis, fasciculatis aut stellatis, frequentius unicolor, quam striatum, album & rufescens, quam cinereum carneum aut melleum, ustione semper album, diaphanum, rarius semipellucidum, congeneribus purius hinc modulis, in quos metalla effunduntur, præprimis aptum!

schistosum. 5. G. macrum in fragmenta indeterminata diffiliens fibroso-lamellosum, fibris brevibus lamellas perpendiculariter secantibus.

Waller. Syst. miner. I. *p.* 161. *n.* 7. c. Gypsum striatum, fibris magis confuse & quasi in lamellas congestis.

Habitat in Thuringia, Wirtembergia, *album.*

radiatum. 6. G. macrum parallele radiatum in fragmenta indeterminata diffiliens.

Karst. Lesk. mineralkab. I. *p.* 288.

Habitat, radiis nunc angustioribus nunc latioribus, prope Coburgum & *in* Comitatu Mansfeldensi.

usuale. 7. G. macrum lamellosum, lamellis utplurimum sphæricis, in fragmenta indeterminata diffiliens.

α) intus nitens.

Syst. nat. I. *p.* 152. *n.* 9. Marmor fixum, particulis difformibus.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 45. *n.* 2. Gypsum, particulis arenaceis micantibus.

Vogel. miner. p. 118. Gypsum.

Cronst. miner. §. 16. Gypsum, particulis micaceis.

Waller. miner. p. 57. Gypsum, particulis parallele pipedis & globosis concretum.

Waller. Syst. miner. I. *p.* 157. Gypsum, particulis arenaceis micantibus.

β) intus inconspicuum.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 45. *n.* 1. Gypsum (argillosum) particulis argilliformibus opacis.

Mus. Tessin. 14. *n.* 12. Marmor fixum lamellatum, particulis spatosis.

Carth. min. 24. Gypsus informis rudis nitorem non assumens.

Wolt. miner. 18. Gypsus colore ingrato.

Waller. Syst. miner. I. *p.* 156. *n.* 2. Gypsum, particulis minimis indistinctis, facie terrea.

Habitat in Norwegiæ, Livoniæ, Poloniæ, Silefiæ, Marchiæ, Saxoniæ, Thuringiæ, Hercyniæ, Luneburgi, Angliæ, Hiſpaniæ Galliæ, Sueviæ *montibus ſtratariis, integros interdum montes aut ſtrata eorum præcipua conſtituens, frequens circa thermas & fontes ſalſos, boracitæ, rarior metallorum matrix, aut corporum larvatorum granis, in quæ ſponte ſecedit nunc majoribus, nunc minoribus, adeo laxe interdum cohærrentibus, ut mollis arenarii inſtar leni inter digitos tritu divelli queant, diaphanum, rarius ſemipellucidum, ut plurimum inauratum, vel ex flaveſcente aut nigricante cinereum, canum, ochroleucum aut carneum rarius melleum, ab aqua tranſtillante interdum adeo eroſum ut fiſtulas referat, uſtum cæmento, ſtatuis, modulis, in quos metalla effunduntur, aliis uſibus inſerviens.*

lamellare. 8. G. nitens in fruſta indeterminata diſſiliens formæ communis lamelloſum, lamellis incurvis.

Waller. Syſt. miner. 1. *p.* 158. *n.* 4. Gypſum lamellare, lamellis inordinatis.

Habitat in Thuringia, Wirtembergia, Hiſpania, *nunc diaphanum, nunc opacum, infumatum, album vel flaveſcens.*

ſpeculare. 9. G. pellucidum album nitens formæ communis in fragmenta romboidalia ſpecularia diſſiliens lamelloſum, lamellis rectis.

Waller. Syſt. miner. 1. *p.* 159. *n.* 5. Gypſum lamellare pellucidum, lamellis rhomboidalibus.

Cronſt. miner. §. 18. 1. A Spatum gypſeum diaphanum.

Muſ. Teſſin. 14. Marmor indicum fixum, particulis impalpabilibus pelucidis.

Wog. min. p. 159. Glacies Mariæ.

Carth. min. 12. Spatum informe molle, lamellis parallelis æqualibus.

Habitat paraſiticum in montibus ſtratariis, *rariſſime in* ſimplicibus, *crebro in vicinia* fontium ſalſorum *& in* ſalifodinis *frequentior paulo minerarum matrix, quam reliquæ ſpecies, aqua parumper ſolubile, uſtione pelluciditatem exuens, tum cæmento, pigmentis a paſtel cognominatis, depurando argento, ſubtillioribus imaginibus & formis inſerviens, interdum in grana majora, rarius in bacillos aut cruſtas ſecedens, bracteis tenuioribus poliſper tinnitantibus, & tenuiſſimis in quas divelli poteſt ſubflexilibus, album.*

glaciale. 10. G. pellucidum album nitens formæ communis in fragmenta cuneiformia diffiliens lamelloſum, lamellis rectis parallelis.

Syſt. nat. I. *p.* 162. *Muſ. Teſſ.* 24. *n.* 3. Selenites ſpatoſo-gypſeus cuneiformis.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 90. *n.* 8. Natrum lapidoſum gypſeo-ſpatoſum fuſiforme pellucidum.

Cronſt. miner. §. 19. *n.* 1. A. Gypſum cryſtalliſatum cuneifome.

Habitat cum ſpeculari, cui proxime affine, an vere diſtinctum?

Selenites. 11. G. pellucidum nitens rhombeum lamelloſum, lamellis rectis parallelis, in fragmenta rhomboidalia diffiliens. Fig. 17.

Syſt. nat. I. *p.* 162. *n.* 1. *t.* 18. *f.* 3. *Muſ. Teſſin.* 24. *n.* 1. Selenites ſpatoſo-gypſeus rhombeus.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 91. *n.* 9. Natrum lapidoſum gypſeo-ſpatoſum decaëdrum rhombeum.

Amœn. acad. 1. *p.* 475. *t.* 12. *f.* 3. Cryſtallus gypſea ſolitaria rhombea hyalina diaphana.

It. oel. 79. *ſcan.* 121. Sal petrifactum.

Del. pharm. 46. *Aldrov. muſ.* 678. *Worm. muſ.* 56. *Muſ. angl.* *t.* 21. *f.* 5.6. *Rumpf. muſ.* *t.* 52. *f.* 1. 12. Selenites.

Waller. miner. *p.* 46. *n.* 1. *t.* 1. *f.* 3. *Syſt. miner.* 1. *p.* 163. *n.* 9. a. *t.* 1. *f.* 14. Gypſum cryſtalliſatum figura rhomboidali.

Habitat cum glaciali & ſpeculari, *etiam inter* Scaniæ *ſchiſtum aluminarem, cryſtallis nunc majoribus, nunc minoribus ſe decuſſantibus, aut lateraliter inter ſe connatis, ſparſim, faſciculatim, ſtellatim aggregatis, ut plurimum album rarius flavum.*

teſſullare. 12. G. pellucidum album nitens lamelloſum, lamellis rectis, in fragmenta rhomboidalia diffiliens cubicum.

α) angulis duobus truncatis. Fig. 29.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 91. *n.* 10. Natrum (pyritiforme) lapidoſum ſpatoſum regulare dodecaëdrum.

β) angulis quatuor truncatis. Fig. 16.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 91. *n.* 9. β) Natrum angulis truncatis 14edrum.

Habitat in Germania, α) *trapeziis* 10. *minoribus*, & *pentagonis* 2. *majoribus*,) *trapeziis* 8, *rhombis* 4, *quadratis* 2 *conſtans.*

tetraëdrum. 13. G. pellucidum album nitens tetraëdro prismaticum in fragmenta rhomboidalia dissiliens lamellosum, lamellis rectis.
Gerhard Beytr. z Mineralr. 1. *p.* 272. Spathum columnare.
Habitat capillaris in Marchia *prope* Freyenwalde.

prismaticum. 14. G. pellucidum album nitens hexaëdro - prismaticum in fragmenta rhomboidalia dissiliens lamellosum, lamellis rectis.

α) prismatibus truncatis.

β) faciebus terminalibus in aciem terminatis. Fig. 15.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 90. *n.* 7. Natrum (flexile) lapidosum gypseo-spatosum decaëdrum prismaticum flexile, particulis spatosis oppositis.
Syst. nat. I. *p.* 24. *n.* 2. *β. Muf. Tessin.* 24. *n.* 2. Selenites spatoso - gypseus prismaticus.
Amoen. acad. I. *p.* 476. *n.* 2. Crystallus selenitica gypsea subsolitaria prismatica hyalina subdiaphana.

γ) faciebus terminalibus pyramide triedra terminatis.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 87. *n.* 9. Nitrum (basaltinum) gypseum opacum dodecaëdrum, prismate compresso hexaëdro pyramide triedra.

δ) faciebus terminalibus pyramide tetraëdra terminatis.
Karst. Lesk. Mineralkab. I. *p.* 291.
Habitat cum glaciali & speculari, α) v. g. *prope* Freyenwalde *in* Marchia, & *in* Austria *ad salines* Aussea β) *in* Helvetia, Hercynia, Thuringia, Saxonia, Marchia, γ) *in montibus* Suecicis Nericiæ, δ) *in* Thuringia, Lusatia, *crystallis interdum magnis utplurimum mediocribus, etiam capillaribus sæpe duabus faciebus glabris, reliquis prismatis longitudinaliter striatis nonnunquam geminis aut stellatim aggregatis.*

pyramidale. 15. G. album nitens pellucidum in fragmenta rhomboidalia dissiliens triedro - pyramidale lamellosum, lamellis rectis.
v. Born ind. fossil. 2. *p.* 85.
Habitat in canalibus, *per quos aqua salsa salinarum* Austriæ *superioris ducitur.*

lenticulare. 16. G. album nitens pellucidum in fragmenta rhomboidalia dissiliens lenticulare lamellosum, lamellis rectis.
Karst. Lesk. Mineralkab. I. *p.* 292.

β) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 93. *n.* 14. Natrum (embryonatum) lapidosum, squamis ligulatis subimbricatis canaliculatis opacis.

Mufc. Teffin. 46. Pyrites (embryo) cryftalifatus triqueter fquamofo-imbricatus.

Habitat prope Sangershaufen, Thuringiæ, *nunc folitarium, nunc parallele aut in* hemifphæria *aggregatum & concretum.*

globofum. 17. G. macrum in fragmenta indeterminata diffiliens globofum.

v. Born. ind. foff. 1. *p.* 16. 17. 2. *p.* 86.

Habitat in Hungaria *prope* Balobania & Schemniz, *rarius fufcum quam album, opacum quam diaphanum, globis jam folidis jam inanibus, nunc vacuis nunc gypfo cryftallino refertis.*

ftillatitium. 18. G. ex aqua præcipitatum macrum lamellofum, lamellis rectis, in fragmenta indeterminata diffiliens, fragmentis in quæ fponte fecedit corticofis.

Syft. nat. XII. 3. *p.* 184. *n.* 6. Stalactites (ambiguus) gypfeo-fpatofus folidus.

Cronft. miner. §. 20. 2. Stalactites gypfeus, textura fpatofa.

α) formæ communis.

β) formæ conicæ.

γ) formæ ramofæ, Leckftein.

δ) formæ undulatæ, Schriftftein, Bandftein.

ε) formæ vermiculatæ, Krœsftein, Kragenftein.

Habitat album, grifeum, rarius flavum α) *in* Dalecarlia Sueciæ, β) *in* Sicilia, γ) *in falinarum plurimarum parietibus ex ramufculis arborum compaginatis, per quos aqua falfa ftillat,* δ) & ε) *in falifodinis* Galliciæ.

23. HEPATICUS. Ex terra calcaria, etiam ponderosa, vitrioli acido & phlogisto constans.

Mollis, lamellosus, formæ communis, sponte aut frictione prægressa hepar sulphuris olens, cum acidis non effervescens.

Igne leniori in pulverem abiens, qui cum aqua in pastum sub actus ad aërem induratur.

solidus. 1. H. densus in fragmenta indeterminata dissiliens polituram admittens.
Gerb. Beytr. 1. *Mineralr.* 1. *p.* 281.
Habitat in comitatu Mandsfeld.

squamosus. 2. H. opacus intus micans lamellis minimis convexis sparsis in fragmenta indeterminata dissiliens.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 112. *n.* 10. Bitumen (hepaticum) gypseum fœtidum amorphum.
Cronst. miner. §. 24. Terra calcarea phlogisto & acido vitrioli mixta.
Waller. Syst. miner. 1. *p.* 165. *n.* 10. Gypsum textura irregulari, facie sparthasea, frictione fœtidum.
Habitat nigricans, fuscus, flavescens, aut ex flavescente albus in Norwegia (Kungsberg.) Scania (Andrarum,) Thuringia, Bohemia, *sali gemmæ non raro vicinus, ampla & profunda strata interdum constituens, nonnunquam strata margæ bituminosæ cupriferæ tegentia.*

spatosus. 3. H. nitens diaphanus infumatus in fragmenta rhomboidalia dissiliens lamellosus, lamellis rectis.
Habitat cum præcedentibus parasiticus in comitatu Mansfeld.

24. **LAZURUS.** Ex terra calcaria, cujus exigua pars vitrioli acido nupta, ferri & paucissima argenti calce constans.

Opacus, duriusculus, cæruleus, densus, intus inconspicuus, in fragmenta indeterminata dissiliens, tritum pulverem album exhibens.

Ab acidis instilatis nec colorem mutans nec effervescens, igne facile in vitrum spumidum albiens.

orientalis. 1. LAZURUS.

Syst. nat. I. *p.* 176. *n.* 6. Cuprum (Lazuli) cæruleum.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 145. *n.* 12. Cuprum (Lazuli) cæruleum scintillans. ♂, ☽.

Cronst. miner. §. 109. I. B. Zeolites particulis impalpabilibus argento & ferro mistus.

Waller. miner. p. 91. Jaspis colore cæruleo & alio mixto, cuprifer.

Waller. Syst. miner. 1. *p.* 312. *n.* 3. Zeolites particulis subtilissimis, colore albo & cæruleo, argentum continens.

Habitat in Sibiria *meridionali*, Bucharia, Sina *septentrionali*, *regno* Tibetano, Persia, Natolia, *pretiosus, polituram marmoris admittens, læviusculus, punctis, glandulis, venis spati effervescentis albi, quartzi albi & pyritæ durorum varius, diu in acidis morando colorem exuens, vitrioli acido bulliente totus solvendus, vasis & ornamentis pretiosis & pigmento egregio Ultramarini nomine celebri inserviens.*

25. **FLUOR.** Ex terra calcaria & acido sui generis constans.

Subponderosus parasiticus, nunquam durus, ad aquæ bullientis æstum usque excalefactus in tenebris lucens.

Cum acidis non effervescens, sed mineralibus bulientibus totus solvendus & tum aërem acidum proprii odoris & indolis spirans.

Solus igne difficulter, una cum terra calcaria puriore facilime in vitrum tenuissimum liquandus.

pulverulentus. 1. Fl. albida inconspicua pulverulenta, particulis majoribus non cohærentibus.

Gr. v. Lenberg chem. Annal. 1787. 2. *p.* 441. Phosphorescirende Erde.

Klaproth 1787. 1. *p.* 52. 1789. 1. *p.* 13.

Habitat in Hungariæ *comitatu* Marmoros *medius inter quartzum venam 4 pedum efficiens.*

compactus. 2. Fl. subdurus compactus, texturæ planæ, diaphanus fragilis in fragmenta in determinata dissiliens, formæ communis.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 99. *n.* 7. Muria (Chrysolampis) lapidosa subquartzosa aggregata sparsa fixa.

Waller. miner. p. 90. Spatum solidum plus minus pellucidum, particulis non distinguibilibus.

Waller. Syst. miner. 1. *p.* 172. *n.* 1. Fluor mineralis, particulis impalpabilibus, facie vitrea.

Cronst. miner. §. 98. Fluor, particulis impalpabilibus, figura indeterminata.

Habitat in Suecia (*prope* Yxsio) Hercynia (*prope* Stollberg & Strasberg, *heic vena ad* 2 *usque orgyas alta*) *principatu* Halberstadiensi, Bohemia, *ex viridi canus;*

In Turingia *tamen prope* Steinbach *plures rupes* (Flusberge) *eminent*, *ex mero fluore conflati.* *Voigt min. n. bergm. Abh.* 2. *p.* 61. *Pondus specificum* = 3148 *ad* 3134, 1000.

ut tamen nunc proprius in virescentem, nunc magis in albidum colorem inclinet, fragmentis, in quæ sponte secedit grana majora referentibus, aut corticosis, egregie cum reliquis speciebus & explorandis & quæ difficilius liquantur, liquandis mineris, atque unacum gypso aut barytide corticivitreo vasis metalicis, superinducendo inserviens.

spatosus. 3. Fl. subdurus nitens fragilis formæ communis in fragmenta pyramidalia dissiliens lamellosus.

Syst. nat. I. *p.* 164. *n.* 5. *Mus. Tessin.* 36. *n.* 6. Muria lapidea phosphorans.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 100. *n.* 8. Muria lapidosa spatosa aggregata sparsa fixa.

Waller. Syst. miner. 1. *p.* 173. *n.* 2. Fluor mineralis, facie spatasea, particulis nitentibus.

Rinm. act. Stockh. 1747. 168. Spatum lucens.

Baum. miner. 1. *p.* 244. 262. Fluor spatosus.

Cronst. miner. §. 99. Fluor spatosus.

β) fragmentis, in quæ sponte secedit, grana minima referentibus.

Cronst. min. §. 100. γ. Fluor crystallisatus, figura sphærica.

Waller. Syst. miner. 1. *p.* 175. *n.* 3. Fluor mineralis granularis granulis crystallinis compositus.

Habitat in Norwegiæ, Sueciæ, Angliæ, Hispaniæ, Saxoniæ, Silesiæ, *fodinis*, *prope* Sulzbæchle *in* Wirtembergia *prope* Brienz *in* Helvetia, *albus*, *infumatus*, *viridis*, *cæruleus violaceus*, *purpureus*, *roseus*, *melleus*, *aut vel arbuscularum imaginibus pictus*, *varius*, *semipellucidus aut diaphanus, in fragmenta triedra, rarius tetraëdra dissiliens polituram admittens*, *prægressa lenissima ustulatione elegantiorem*, *lamellis rarissime curvis*, *fragmenta, in quæ sponte secedit*, *grana majora aut minora*, *rarius bacillos*, *rarissime divergentes*, *referentibus*.

tabularis. 4. Fl. tabulis rhombeis oblongis.

Storr. Alpenr. 2. *p.* 46.

Waller. Syst. min. I. *p.* 177. *n.* 4. d. Fluor crystallisatus lamellaris.

Habitat in Helvetia, Alsatia, Saxonia.

cubicus. 5. Fl. subpurus nitens lævis lamellosus fragilis in fragmenta pyramidalia dissiliens cubicus.

Cronst. miner. §. 100. Fluor crystallisatus cubicus.

Wall. syst. min. 1. *p.* 176. *n.* 4. *α.* Fluor crystallisatus rhomboidalis.

α) cubis perfectis.
β) cubi angulis truncatis.
γ) cubi marginibus truncatis.
δ) cubi angulis marginibusque truncatis.
ε) cubi marginibus in aciem terminatis.
a) faciebus planis.
b) faciebus concavis.
ζ) cubi marginibus pyramide triedra terminatis.
Hoffmann bergm. Journ. 1789. 1. *p.* 229.
Ferber 3 *Briefe p.* 53.

Habitat in Suecia, Anglia (Derby & Northumbria,) Hispania, Gallia, Hercynia, Saxonia, Silesia, *eadem colorum varietate quam spatosus, sæpe pellucidus, rarissime opacus, crystallis majoribus, minoribus, minimis, solidis, cavis, supra apertis, clausis, aquæ guttulam alia fossilia includentibus, plane vacuis, se includentibus, sic superimpositis, decussatim, lateraliter, inordinatim concretis, sparsim in renis vel globi imperfecti speciem aggregatis.*

pyramidalis. 6. Fl. subdurus nitens lamellosus fragilis in fragmenta pyramidalia dissiliens.

α) pyramide simplici.
a) inversa. *Werner von aeusserl. Kennz. p.* 172.
b) recta.
a) triedra.
†) truncata.
Pini nouv. cryst. de feldsp. &c. Milan. 1779. 8.
††) faciebus sphæricis.
Gerh. Mineralf. p. 72.
b) hexaëdra, faciebus sphærico-concavis.
Werner von aeusserl. Kennz. p. 176.
β) pyramide duplici.
tetraëdra.

Syst. nat. I. *p.* 165. *n.* 5. XII. 3. *p.* 102. *n.* 5. Alumen (spatosum) lapidosum calcario-spatosum diaphanum.
Amoen. acad. 1. *p.* 481. Crystallus aluminiformis spatosa imbricata obtusa.
Cronst. miner. §. 100. δ. Fluor crystallisatus octaëdricus.
Wall. syst. min. 1. *p.* 176. *n.* 4 b. Fluor mineralis crystallisatus octaëdricus.
Vog. miner. 164. Pseudo-amethystus, Pseudo-smaragdus.

Habitat rarior in Nericia Sueciæ, Saxonia, Bohemia, *in ducatu* Milanensi, *eadem colorum varietate conspicuus quam spathosus.*

26. APATITES. Ex terra calcaria & phosphori acido constans. Fragilis, duriusculus. Aqua forti solubilis, prunis inspersus lucem virescentem in tenebris spargens, igne difficilius liquandus.

rupestris. 1. A. compactus opacus albidus.
Cronst. Journ. de phys. 1788. *Aug. p.* 248.
Habitat in Hispaniæ provincia Estremadura, *integros colles & strata cum quartzi stratis alterna constituens, in pago* Logrosen *ædificiorum materia princeps, fortiori igne in speciem encausti albi abiens.*

octaëdrus. 2. A. nitore pinguiusculus parasiticus in fragmenta indeterminata dissiliens semipellucidus texturam minute granulatam transversim fractus lamellosam monstrans, tabulis octaëdris.
Karsten Schr. berl. Naturf. 9. *p.* 355.
Habitat in Saxonia *prope* Ehrenfriedersdorf.

tabularis. 3. A. nitore pinguiusculus parasiticus in fragmenta indeterminata dissiliens semipellucidus texturam minute granulatam, transverse autem fractus lamellosam monstrans, tabulis hexaëdris.
Karsten Schr. berl. Naturf. 9. *p.* 355.
Habitat in Saxonia *prope* Ehrenfriedersdorf.

prismaticus. 4. A. nitore pinguiusculus parasiticus semipellucidus subponderosus in fragmenta indeterminata dissiliens texturam minutim granulatam transverse autem fractus lamellosam monstrans, prismatibus hexaëdris.
Schnecker chem. Annal. 1785. 1. *p.* 446.
Werner bergm. Journ. 1788. 1. *p.* 76.
Klaproth bergm. Journ. 1788. 1. *p.* 294. & *chem. Annal.* 1789. 1. *p.* 10. 117.
Karsten Schr. berl. Naturf. 9. *p.* 355.

Habitat in Saxonia *prope* Ehrenfriedersdorf *&* Schneeberg, *in* Bohemia *prope* Kuttenberg *&* Schlackenwald, *sæpe cum stanni mineris & fluore obvius, frequentius viridis, dilute violaceus, rubellus aut albus quam ochroleucus, cinereus, cæruleus aut caryophyllinus, igne colorem & pelluciditatem amittens, vix tamen liquandus, creberrime longitudinaliter striatus, crystallis parvis, nunc solitariis, nunc inordinatim cohærentibus, prismatibus jam perfectis, jam alterutro vel utroque fine in pyramidem hexaëdram terminatis, nunc marginibus lateralibus in aciem terminatis, terminalibus autem una cum angulis truncatis, nunc marginibus lateralibus rotundatis ut cylindros mentiantur, ponderis specifi* = 3218 : 1000.

columnaris. 5. A. nitore pinguiusculus parasiticus semipellucidus in fragmenta indeterminata dissiliens texturam minutim granulatam transverse autem fractus lamellosam monstrans, prismatibus octaëdris.

Karsten Lesk. Mineralkab. 1. *p.* 283.

Habitat in Saxonia *prope* Schneeberg *&* Ehrenfriedersdorf.

triedrus. 6. A. nitore pinguiusculus parasiticus semipellucidus in fragmenta indeterminata dissiliens texturam minutim granulatam transverse fractus lamellosam monstrans, prismatibus triedris.

Karsten Schr. berl. Naturf. 9. *p.* 355.

Habitat in Saxonia *prope* Ehrenfriedersdorf.

27. **BORACITES.** Ex terra calcaria, majore magnesiæ albæ portione, multo sale sedativo, & paucula terra aluminari, silicea & ferri calce constans.

Durus, lamellosus, leviusculus, cubicus.

Cum acidis non effervescens, igne primo decrepitans, fortiori in vitrum flavicans abiens.

cubicus. 1. BORACITES.

Westrumb chem. Annal. 1788. 1. *p.* 483. *& Schr. berl. Naturf.* 9. *p.* 13. Sedativspat.

Heyer chem. Annal. 1788. 2. *p.* 21. Sedativspat.

Lasius chem. Annal. 1787. 2. *p.* 333. Wurflichte Quarzcrystallen.

Habitat Luneburgi *in gypso usuali nidulans, cubis utplurimum solitariis, raro, nisi exiles sint, integris, frequentius angulis & marginibus truncatis, ita ut* 26 *facies præ se ferat degenerans cubus, angulis nunc omnibus in triangula, nunc* 4 *in triangula,* 4 *alterni in sexangulas facies abeuntibus, ita ut corpus ex faciebus* 10 *sexangulis, quarum* 4 *minores,* 4 *triangulis, &* 12 *parallelogrammis constet, utplurimum hyalinus, rarius cinereus, aut in violaceum vel thalassinum colorem vergens.*

ORDO IV.

TERRÆ ARGILLACEÆ.

Ex terra aluminari potiſſimum compoſitæ.

28. ALUMINARIS. *Fere tota ex terra* aluminari *conſtans.*

Macra, *levis, inconſpicua, terrea, linguæ parumper adhærens, inquinans.*

Aqua forti fere tota ſolubilis, igne ſe contrahens & induреſcens, fortiori, quo candet, lucem ſpargens.

nativa. 1. ALUMINARIS. *Schreber Naturf.* 15. *p.* 209.

Habitat reniformis vel botryoides in Sileſiæ *principatu* Munſterberg, *in* Britannia, Longobardia *& præſertim* Halæ Saxonum *in horto pædagogii, heic innidulantibus quartzi granis & gypſi cryſtallis paulisper impura, molliſſima, alba, in fragmenta indeterminata diſſiliens.*

29. **ARGILLA.** Ex terra aluminari & silicea, utplurimum etiam ferri calce & phlogisto constans.

Opaca, inconspicua, formæ communis, attactu blanda, terrea, leviuscula, mollis, aquam & oleum imbibens & retinens, utroque emollitu, priori plastica, & *odorem sibi proprium spirans.*

Cum aqua forti non effervescens, igne se contrahens & indurescens.

porcellana. 1. A. macra alba friabilis linguæ perparum adhærens ustione alba & fortissimo in porcellanam abiens.

Cronst. miner. §. 78. A. Terra porcellanea.

Waller. syst. miner. I. *p.* 51. *n.* 9. Argilla apyra macra pura.

Carth. miner. 5. Argilla rudis pura igne indurescens.

α) coagmentata.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 200. *n.* 1. Argilla (apyra) apyra albida.

Wall. min. 19. Argilla apyra.

β) pulverulenta.

Wall. miner. 23. Marga porcellana.

Vogel miner. 33. Argilla porcellana.

a) micæ particulis immistis.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 200. *n.* 3. Argilla (porcellana) albida subfarinacea, atomis nitidis.

Habitat rarior per strata in Japonia, Sina, Sibiria (e. g. *prope* Arszamas,) Hungaria (*prope* Felsobanya & Schemniz,) *in* Italia (*prope* Berganum, Tretto, Baudisse,) *in* Galliæ *provinciis*, Forez, Burgundia, Campania, Alvernia, Britannia, Normannia, Picardia, Hannonia, Flandria, Belgio fœderato (*prope* Mastricht,) Daniæ *insula* Bornholm, *in* Suecia, *potissimum in* Scania, *in* Silesia (*prope* Gieren,) *in* Bohemia (e. gr. *prope* Gaden,) *in* Saxonia (*prope* Aue, Elterlein & Seidliz,) *in circulo* Salica *prope* Guemriz, *ad montem* rheno inferiori *confinem* Drachenfels *in* Franconia (*prope* Kizingen & Norimbergam,) Wirtembergia (*prope* Hornberg,) *in* Passa-

via, *prope* Hallein Salisburgi, *prope* Vordernberg Stiriæ *& prope* Viennam, *sæpissime ex feldspato fatiscente nata*, *vasis porcellanis inserviens in* Japonia *forma radicis arboris reperta.*

Leucargilla. 2. A. mollissima attactu pinguissima linguæ adhærens tritura nitens ustione primum nigricans tum expallescens, apyra.

Syst. nat. I. *p.* 207. *n.* 2. Argilla nivea hinc inde incarnata.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 200. *n.* 2. Argilla apyra lubrica.

Carth. miner. 6. Argilla subtilis igne indurescens & pallescens.

Cronst. min. §. 79. Terra porcellanea phlogisto aliisque heterogeneis minima portione mista.

Vogel miner. 32. Leucargilla Plinii s. Argilla fistularis.

Wall. min. 24. Marga argillacea pinguedinem imbibens calore indurabilis.

Wall. syst. min. 1. *p.* 53. *n.* 10. Argilla apyra pinguis lubrica.

Habitat paulo frequentior in Scania (*prope* Bosserup,) Belgio (*prope* Mastricht.) Gallia (*prope* Montmartre,) Coloniensi *terra* (*ad lacum* Lach,) Hassia (*prope* Almerode,) Saxonia (*prope* Mehren & Wiesenthal,) *cinerea*, *nigricans*, *nigra*, *violacea*, *carnea*, *ochracea*, *maculis*, *venis*, *striis variegata*, *quartzi pyritæve frustris immistis sæpe impura*, *in fragmenta indeterminata interdum convexa dissiliens*, *fistulis tabaci*, *vasis*, *furnis*, *furnorumque partibus violentiam ignis experturis*, *vasis figulinis nobilioribus egregie inserviens.*

Lithomarga. 3. A. friabilis attactu pinguissima micans squamosa.

Syst. nat. I. *p.* 204. Marga argillacea albida.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 51. *n.* 1. Talcum subfriabile album subsquamosum.

Vogel miner. 11. Argilla subtilis indurata ex fissuris petrarum, &c. *p.* 37. Medulla saxorum.

β) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 51. *n.* 1. Talcum (viridans) subfriabile viride inquinans.

γ) *Schütz nov. act. Ac. Cæs. Nat. Curios. Vol.* III. *app.* Terra miraculosa Saxoniæ.

δ) *v. Trebra chem. Ann.* 1784. 1. *p.* 387. Phosphorescirendes Steinmark.

Brückmann chem. Annal. 1787. I. *p.* 449.

Habitat in aliis lapidibus *nidulans nunc pulverulenta*, *nunc coagmentata*, *posteriori in casu linguæ adhærens.*

& tritura nitens, nonnunquam in fragmenta convexa dissiliens, pennæ acie trita (δ) in tenebris scintillas lucidas spargens, & igne paulisper indurata (γ) polituram admittens, utplurimum ochroleuca, alias ex cinerascente vel rufescente alba, margaritacea, lavendulacea, violacea, carnea, ex fuscescente rubra, aut ex rubello fusca, hepatica, ochracea, (β) viridis, unicolor aut maculosa, venosa vel striata.

fullonica. 4. A. pinguis tritura nitens lamellosa in aqua in pulverem dilabens in aëre fatiscens igne fortiori in vitrum lacteum abiens.

Wall. syst. min. I. *p.* 48. *n.* 7. Argilla vitrescens parum indurata, particulis impalpabilibus, exsiccatione lamellaris vel rhomboidalis.

Carth. min. p. 8. *n.* 2. Smectis subtilis cum acidis non effervescens.

Lehm mineral. p. 28. Smectis.

De Costa foss. p. 69. *n.* 1. Marga viridi-fusca, Terra fullonica vulgo dicta.

Habitat in Anglia, Suecia, Saxonia, Lusatia *nunc fusca, nunc cinerea, nunc ex virescente alba, nunc viridis, nunc carnea, terræ calcariæ circiter* $\frac{1-4}{100}$, *& totidem calcis ferreæ continens. An distincta hujus generis species? Fullonia usu celeberrima, oleum avidissime imbibens.*

crustacea. 5. A. pinguis lamellosa in aqua in frusta dilabens & agitatione spumans igne fortiori in vitrum spumidum abiens.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 201. *n.* 7. Argilla (fullonica) fissilis friabilis lubrica in aqua spumans.

Schreb. lithol. 132. Argilla fissilis.

Wolt. min. 11. Argilla subtilis pinguis in aqua cito liquescens.

Waller. min. p. 26. Argilla fullonum saponacea lamellosa.

Wall. syst. min. I. *p.* 10. *n.* 6. Argilla vitrescens saponacea exsiccatione crustacea.

Cronst. §. 85. A. α. Lithomarga.

Habitat in Sueciæ *monte* Osmund, *cinerea.*

lemnia 6. A. pinguis attritu nitens linguæ parum adhærens mollissima leviuscula texturæ conchaceæ.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 201. *n.* 6. Argilla incarnata, fracturis glaberrimis.

Cronst. min. §. 85. B. Lithomarga, Terra lemnia.

Wall. syst. min. I. *p.* II. *n.* 6. C. Argilla crustacea incarnata.
Dal. pharmac. 20. *n.* 2. Terra lemnia.
da Costa fossil. 14. Terra lemnia rubra.

Habitat in Lemno, Silesia, *magnesiam quoque, terram calcariam & ferri calcem continens, in aqua cum strepitu in frusta dissiliens, rarius dilute carnea quam obscure isabellina aut dilute hepatica, interdum maculis aut arbuscularum imaginibus nigris varia, olim Medicis usitata.*

Sapo. 7. A. pinguis leviuscula mollissima tritura nitens linguæ adhærens ex fuscescente nigra.
Werner apud Cronst. min. §. 84. Bergseife.
Habitat in Polonia *prope* Olkutsch, *texturæ terræ.*

communis. 8. A. mollissima pinguis linguæ adhærens plastica paulisper inquinans texturæ terræ igne rubescens fortiori in vitrum virescens abiens.
Cronst. §. 90. A. Argilla communis.
Wolt. min. II. Argilla rudis sabulo destituta.
α) *Syst. nat.* I. *p.* 207. *n.* 4. Argilla cærulescens.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 202. *n.* 9. Argilla (communis) humido cærulescens ustione rufescens.
Wall. min. 16. Argilla vitrescens rudis.
Wall. syst. min. I. *p.* 40. *n.* I. Argilla vitrescens rudis, rimis sub exsiccatione inordinatis.
Vogel miner. 28. Argilla vulgaris.
β) *Syst. nat.* I. *p.* 207. *n.* 3. XII. 3. *p.* 202. *n.* 10. Argilla (figulina) siccitate rupturis subtessellata.
Wall. min. 17. Argilla tessulata figulina.
Waller. syst. min. I. *p.* 44. *n.* 3. Argilla vitrescens exsiccata tessularis.
Lehmann min. 16. Marga.
γ) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 202. *n.* II. *it. wgoth.* 251. 267. Argilla incarnata.
δ) *Vogel min.* 31. Linus. Terra lateritia.

Habitat per omnem terrarum orbem, *ampla sæpius & alta, parum ceterum a superficie distantia strata constituens, vegetabilium vestigia impressa præ se ferens, rimis innumeris crebò fissa, ex cærulescente vel flavescente cinerea, infumata, obscure cærulescens, rarius viridis aut carnea, nunc minore, nunc* (δ) *majore terræ siliceæ copia prægnans, vulgatissima vasorum figulinorum & laterum materies, plurima ex fatiscentibus durioribus nata.*

indurata. 9. A. mollis pinguiuscula linguæ parum adhærens in aqua dilabens & emollienda.

Wall. syst. min. 1. *p.* 62. Argilla arcte cohærens lapidea, & *p.* 380. *n.* 1. Steatites argillaseis particulis arcte coherentibus durus.

β) *Wall. syst. min.* 1. *p.* 10. *n.* 5 Argilla vitrescens, exsiccata granularis.

Habitat per omnem terrarum orbem, *leviuscula, ex flavescente, cærulescente aut virescente cinerea, & rufescente, fusca, sordide rosea aut viridis, aut maculis rotundatis varia, texturæ terreæ, ut tamen nunc plana magis sit, nunc ad festucas propius accedat, rarius ad schistum, interdum adeo dura, ut lapidis loco ædificiis inserviat.*

fissilis. 10. A. mollissima submacra linguæ parum adhærens texturæ schistosæ in fragmenta discoidea dissiliens.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 38. *n.* 7. Schistus (argillaceus) scriptura cinerea friabilis cinereus.

Waller. syst. miner. 1. *p.* 45. *n.* 4. Argilla vitrescens, exsiccata fissilis.

Habitat ubique terrarum e. g. *in* Suecia, Saxonia, *circulo* Salico, *strata ampla constituens, lithanthraci creberrime vicina, cujus etiam bitumine perfusa, eoque denigrata, alias cinerea, rarius cærulea, ex cæruleo aut rubro flavicans, aut fusca, interdum micans, vegetabilium, præsertim filorum vestigia impressa, sæpe monstrans aqua emollienda.*

sterilis. 11. A. submacra lamellosa siccata alba igne rufescens parum indurescens paulo fortiori liquanda.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 203. *n.* 14. Argilla mixta subfissilis glareosa.

Cronst. miner. §. 90. A. E. Argilla Bjorklera.

Waller. syst. min. 1. *p.* 45. *n.* 4. a. Argilla fissilis alba.

Habitat in Sueciæ, *præcipue* Sudermanniæ, *campis sterilissimis, solis fere betulis favens; integra strata cum arenæ stratis alterna constituens.*

bullosa. 12. A. pinguis mollis tritura nitens linguæ parum adhærens plastica cinerea igne rubescens & bullosa.

Habitat in Transilvania.

Bolus. 13. A. pinguis attritu nitens ore liquescens aqua difficilius emollienda & minus tenax texturæ conchaceæ, igne rubescens & facilius liquanda.

Syst. nat. I. *p.* 207. XII. 3. *p.* 203. *n.* 13. *Mus. Tess.* 110. *Schreb. lith.* 136. Argilla ore liquescens.
Carth. min. 6. Argilla subtilis, aqua in massam unctuosam dissolubilis.
Wolt. min. 11. Argilla subtilis pinguis.
Wall. min. 13. *n.* 6. Argilla pinguis.
Wall. syst. min. 1. *p.* 49. *n.* 8. Argilla vitrescens subtilissima pinguis exsiccatione solida.
Cronst. min. §. 86. *Vogel. min. p.* 36. Bolus.
β) Terra lusitanica odorata e regione Estremos.
Habitat in Italia, Gallia, Germania, Armenia, *sæpe ex fatiscentibus lavis nata, utplurimum obscure rubra aut fusca, interdum flava, carnea aut cinerea, varietate innumera, prope* Idriam Carnioliæ *cinnabari, prope* Kapnick Hungariæ *argento fœta. Olim Medicorum usu celebris.* V. *Ludwig de terris.*

sinensis. 14. A. submacra rufa punctis maculisque ochraceis varia, aqua emollienda.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 201. *n.* 4. Argilla flavescens, punctis maculisque ferreo-ochraceis.
Cronst. min. §. 84. A. Terra porcellana marte mixta.
Habitat in Gallia (*prope* Montmartre,) *in* Sinæ *collibus, heic gossypii, oryzæ, indigoferæ solum constituens, lateribus infra aquam adhibendis egregie inserviens.*

Rubrica. 15. A. mollis inquinans linguæ adhærens rubra fragilis aqua vix emollienda texturæ terreæ.
Syst. nat. I. *p.* 204. *n.* 2. Marga ochracea rubra.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 51. *n.* 3. Talcum subfissile rubrum inquinans.
Carth. min. 73. Ferrum terrestre durum manus inquinans.
Cost. foss. 88. Creta rubra.
Cronst. min. §. 86. 1. β. 3. Bolus rubra durior.
Wall. min. 266. Ochra rubra cretacea.
Wall. syst. min. 2. *p.* 260. *n.* 22. c. Ochra ferri rubra cretacea solida.
Dal pharmac. 23. *n.* 5. Rubrica fabrilis.
Vogel min. 178. Rubrica.
Habitat in Sibiria (*ad fluvios* Baunt & Jeschanska,) Dalecarlia, Hassia (*prope* Thalitter,) Bohemia, Lusatia, Gallia, *frequens minerarum ferri, quo ipsa abundat, comes.*

lutea. 16. A. mollissima inquinans lutea ochracea.
Hoffmann. bergm. Journ. 1788. 2. *p.* 521. Gelbe Erde.
Habitat in Lusatia *superiore prope* Wehrau.

viridis. 17. A. pinguiuscula mollis compacta viridis igne intumescens primo nigrescens post in colorem rubrum denique flavum transiens.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 203. *n.* 13. ε. Bolus viridis.
Cronst. miner. §. 86. 1. V. Terra verde.
Habitat, sæpius intra amygdaliten, in monte Veronensi Baldo, Suecia, Normannia (*prope* Pontaudemer,) Saxonia (*prope* Planiz) & Bohemia (*prope* Besniz, Wischockzan & Brammy,) *pigmentum in aëre constans exhibens.*

Tripolitana. 18. A. macra subscabra mollis leviuscula linguæ adhærens difficulter liquanda attritu ad metallum metallicum nitorem assumens.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 202. *n.* 8. Argilla scabra nitidula flavescens inquinans.
Wolt. min. 11. Argilla subtilis macra.
Cronst. min. §. 89. Terra tripolitana.
Vog. min. 38. *Carth. min.* 8. Tripela.
Wall. min. 33. Glarea indurata cohærens aspera.
Wall. syst. miner. 1. *p.* 91. *n.* 1. Tripela solida.
Habitat in insula maris australis Tanna, *regno* Tunetano & Neapolitano, russico (*ad flavium* Uda,) *prope* Fedotiewa & Casimova, *in* Suecia (*prope* Snaflanda,) *in* Flandria (*prope* Oudenarda,) Bohemia, Austria (*prope* Crems,) Bavaria (*prope* Ditfurt,) Wirtembergia (*prope* Calw,) Franconia (*prope* Schillingsfürst,) Saxonia (*prope* Potschappel & Naumburg,) Westphalico *circulo* (*prope* Fürstemberg & Duisburg,) *& in* Hassia (*prope* Grünberg & Darmstadt,) *etiam prope* Francofurtum *ad* Mœnum, *in montibus stratariis, non raro una cum sulphure aut foliorum impressis vestigiis condecorata, strata constituens aut rimas explens, frequentius isabellina, dilute ochracea aut ex flavescente cinerea quam alba, aut aliis coloribus tincta, texturæ terreæ, lapidibus durioribus & metallis poliendis, modulis etiam, in quos vitra nobiliora & metalla effunduntur, egregie inserviens.*

tumescens. 19. A. igne rufescens sicca spongiosa aquam cum intumescentia avidissime imbibens & pertinacissime retinens.
Syst. nat. I. *p.* 207. *n.* 8. Argilla mixta arenacea.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 203. *n.* 15. Argilla mixta porosa glareosa.
Wall. min. 18. Argilla rubens aqua intumescens, eandemque diu retinens.
Wall. syst. min. 1. *p.* 43. *n.* 2. Argilla vitrescens aqua intumescens sub exsiccatione membranacea.
Cronst. min. §. 90. A. 1. ζ. Argilla intumescens.
Vogel min. 30. Argilla fermentans.
Habitat passim in campis, *potissimum* Sueciæ, *sterilibus, dum superficies corii instar exsiccatur, intus pultis instar mollissima, hinc primo vere sub pedibus obumbulantium fluctuans tremensque, ædificiis & hominibus periculosa.*

grandæva. 20. A. macra subplastica igne rufescens & indurescens sicca friabilis subpulverulenta aquam cum intumescentia lente imbibens.
Syst. nat. I. *p.* 207. *n.* 9. Argilla arenacea sabulosaque.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 204. *n.* 16. Argilla mixta glarea, arena sabuloque, æstate sub lapidescens.
Cronst. min. §. 90. A. 1. ζ. 2. Argilla intumescens lapidosa.
Wall. min. 32. Glarea argillosa.
Wall. syst. min. 1. *p.* 56. *n.* 12. Argilla vitrescens glarea mixta.
Habitat in Suecia, *præsertim in* Dalecarlia, *grisea, fusca aut rubescens, æstate adeo indurescens, ut nec malleus, nec cuneus penetrent, cribrata pro exstruendis pistorum fornacibus præstantissima.*

soluta. 21. A. submacra, humida subplastica, sicca pulverulenta igne in vitrum solidum abiens.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 207. *n.* 5. Calx (palustris) fixa pulverea plastica.
Wall. syst. min. 1. *p.* 61. *n.* 14. Argilla vix coherens farinacea.
Habitat in Suecia, *potissimum sub paludibus, grisea vel alba, hæc parietibus dealbandis adhibita.*

arvensis. 22. A. cinerea, humectata in glebulas compingenda sub exsiccatione rimas magnas agens tandem pulverulenta igne vitrescens.
Wall. syst. min. 1. *p.* 55. *n.* 11. Argilla vitrescens humo mixta.
Habitat frequens in agris cultis.

Umbra. 23. A. bitumine perfusa fusca scriptura inquinans ustione rufescens.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 204. *n.* 18. Argilla humosa fusca inquinans.
Wolt. min. 11. Argilla pictoria fusca.
Wall. min. 3. Humus nigro-brunnea.
Wall. syst. miner. 1. *p.* 17. *n.* 3. Humus colorata bituminosa fusca, & p. 60. nr. 13. g. h. i. Argilla mineralis fusca, obscure fusca & nigricans.
Cronst. §. 283. 2. Mumia vegetabilis.
Baum. min. 1. *p.* 42. Terra umbria.
Lehm. min. 24. Umbra.
Habitat in Italia, Germania (e. gr. *prope* Erfurtum,) Scania, Anglia, *pictoribus usitata.*

vitriolacea. 24. A. fusca stiptica aquam cum gallis coctam denigrans.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 205. *n.* 21. Argilla mixta fusca vitriolico salsa.
Habitat sub paludibus *passim, ab innidulante & fatiscente pyrita nato.*

salsa. 25. A. saporis salsi.
Hiærne tentam. chem. 1.
v. Born. ind. fossil. 2. *p.* 98.
Habitat in maritimis & confiniis salifodinarum e. gr. austriacarum, salisburgensium transilvanicorum, *muria prægnans, cinerea vel rubra.*

cobaltifera. 26. A. nigra cum borace igni exposita vitrum cæruleum exhibens.
Gesn. hist. cobalt. 1. *p.* 21. 35.
Habitat in Wirtembergiæ *fodinis.*

cuprifera. 27. A. fusca spiritui salis ammoniaci excalefacto colorem cæruleum concilians.
v. Born Brief. 7. *p.* 33. 34. 8. *p.* 43.
Habitat in fodinis Temesiensibus, *ferri cuprique calcem continens, ita ut cupri* $\frac{2-5}{100}$ *exhibeat.*

argentifera. 28. A. mollis plastica fusione cum plumbo argentum exhibens.
v. Born ind. foss. 1. *p.* 83. 84.
Ferber üb. die Gebirg. u Bergw. in Ungarn. p. 57.
Habitat in. Bavaria *prope* Creisdorf, *in* Hungaria *prope* Schemniz, *cinerea, flavescens aut ex flavo rubra, ad* $\frac{7}{100}$ *argenti continens.*

aurifera. 29. A. mollis plastica cærulescens fusione cum plumbo aurum exhibens.
v. Born ind. foss. 1. *p.* 67.
Habitat in Transilvaniæ *fodinis prope* Herczigan & Facebai.

30. PUTEOLANA. Ex terra aluminari siliceaque & ferro, utplurimum etiam terra calcaria constans.

Friabilis.

Cum aqua & calce subacta adeo indurescens, ut ab aqua non penetrari possit, igne facile liquanda in scoriam nigram.

genuina. 1. P. obscurius tincta magnetis imperium facilime sequens.
Cronst. min. §. 207. *n.* 8. 1. Terra pouzzolana.
Wall. syst. min. 1. *p.* 95. *n.* 1. Cæmentum pulverulentum non cohærens.
Habitat in Italiæ *montibus ignivermis, etiam extinctis, frequens circa* Neapolin & Romam, *hinc inde in integros colles aggregata, cæmento aquæ impenetrebili egregie inserviens, obscure rubra, fusca aut nigra.*

assimilis. 2. P. obscurius tincta magneti vix obediens.
Fauj. de S. *Fond* sur la maniere de reconn. les différ. espec. de Pouzzolane. Amsterd. 1780. 8.
Habitat in Gallia, e. g. *in* Occitania (*prope* Chenavari,) *hinc inde in* Germania, e. g. *in* Brisgovia (*prope* Breysach,) *in* Hassia (*prope* Echzel,) *in* Franconia (*ad montem* Pferdekopf,) *an ex fatiscentia lapidum argillaceorum nata?*

Cineres. 3. P. cinerea pulverulenta.
Cronst. min. §. 297. Cineres vulcanorum.
Habitat in vicinia montium ignivomorum e. g. Italiæ, *a quibus summo cum impetu ad immensam sæpe altitudinem, & ad aliquot interdum milliarium distantiam extruditur, in terram relabendo in clivos aggregata, aut immensam aream obtegens, aut integras urbes*

sepeliens, non raro tantopere subtilis, ut per invisibiles rimas cistarum arctissime clausarum penetrat, ferri magnatim sequentis non parum continens.

arenacea. 4. P. cinerea ex granulis segregatis constans.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 181. *n.* 5. Pumex (cinerarius) pulvereus arenaceus.
Cronst. min. §. 297. Scoriæ pulverulentæ.
Wall. syst. min. 2. *p.* 375. *n.* 1. Porus igneus arenarius.
α) granis minoribus. Rena del Vesuvio.
β) granis majoribus. Lapilli del Vesuvio.
Habitat cum præcedente, evidentius ex comminutis ignis subterranei productis durioribus orta.

31. CÆMENTUM. Ex ferro, terra aluminari, plurima silicea, utplurimum quoque parciori calcaria constans.

Duriusculum, leviusculum, porosum, texturæ terreæ, aquam, cui immergitur cum sibilo imbibens, siccum & digito perstrictum strepens, asperum, inconspicuum.

Comminutum & cum aqua & calce subactum adeo indurescens, ut ab aqua non penetretur, igne facile in scoriam nigram abiens.

Tufa. 1. C. in clivos integros & strata amplissima montibus ignivomis vicina aggregatum, formæ communis.
Ferber Br. aus Welschl. p. 67. 139. 144-147. 235-238.
Givani litolog. Vesuvian. p. 174.
Habitat in vicinia montium ignivomorum, præsertim Italiæ, *frequens circa* Neapolin & Romam, *ex conglutinata puteolana* (1.3.4.) *natum, aliorum lapidum ad instar exstruendis domibus a multis retro temporibus inserviens frequentissime*

frequentissime infumatum, cinereum, nigricans, fuscum, ochroleucum, ex flavescenti-cinereum aut ex fusco luteum, rarius rufescens virescens aut variegatum, crystallis hornblendæ basaltinæ, scorli granatim, feldspati, micæ miculis, pumicis frustis, rarius ossibus, testaceis, fructibus durioribus plenum; non raro cum acidis paulisper effervescens, nunc ad aërem fatiscens, nunc potius indurescens.

Tarras. 2. C. strata ampla argilla fertili tecta constituens, formæ communis.

Cronst. miner. §. 207. *n.* 8. 2. Cæmentum induratum.
Waller. Syst. miner. 1. *p.* 97. *n.* 2. Cæmentum induratum lapideum.
Vogel nov. comment. Goett. t. 3.
Cartheus. mineral. Abhandl. 2. *p.* 20.
Collin. Journ. d'un voyag. miner. cap. 17. *p.* 288. *sqq.*

Habitat ad Rheni ripas, *potissimum in* Archiepiscopatu Coloniensi (prope Andernach) & *in* Hassia (prope Lindenstrut, Grunberg, Bockenheim, Darmstadt, Nidda, Eichelsachsen, & *ad montem* Vogelberg,) *ut plurimum infumatum aut nigricans, ut ædes ex eo exstructæ tristitiæ sensum animo infundant, crystallos hornblendæ, & micam, argillam, frustula quartzi, ardesiæ, marmoris, pumicis, maculas vitro æmulas sæpe continens, in propriis molendinis comminuta cæmento aquæ impenetrabili inserviens; an ex fatiscente & denuo indurescente porphyrii specie natum?*

columnare. 3. C. prismaticum.
α) prismatibus hexaëdris. *v. Veltheim n. chem. Entd.* 7. *p.* 74.
β) prismatibus pentaëdris. *C. Chrn. Gmellin naturf.* 23. *p.* 115.
Habitat ad Rheni *ripas, α) prope* Andernach, *β) prope* Neuwied, *frequens quoque ad* Ætnæ *radicem.*

32. CARIOSUS. Ex terra aluminari, filicea & calcarea cum ferri parca portione conftans.

Levis, mollis porofus, in aqua in pulverem dilabens.

Cum aqua forti effervefcens, igne indurefcens paulifper rufefcens.

Anglorum. 1. CARIOSUS.

Rottenftone. *Waller. Syft. miner.* 1. *p.* 92. *n.* 2. Tripela cariofa.
da Cofta foffil. 87. Creta fufca terra cariofa dicta.

Habitat in Angliæ *provincia* Derby, *potiffimum fupra lithanthracem, ifabellinus, obfcure cinereus aut fufcus, ab Anglis artificibus ad polienda metalla & lapidum varia genera adhibitus.*

33. **ARDESIA.** Ex terra aluminari & silicea constans, quibus utplurimum pauxillum calcis ferræ & terræ calcariæ, sæpe etiam aliquid magnesiæ & petrolei accedit.

Mollis, texturæ schistosæ, in fragmenta (utplurimum) discoidea dissiliens, opacus, formæ communis, aquam imbibens, sed lente, ita ut non emolliatur, humectatus odorem argillæ spirans.

Cum aqua forti non effervescens, igne paulo fortiori in scoriam turbidam abiens; in montibus primævis (in his pingui nitore conspicuus) æque ac in stratariis obvius, integros montes & præcipuas eorum partes constituens.

Novacula. 1. A. nitidula intus micans subopaca duriuscula ex virescente cinerea, scriptura albida.

Syst. nat. XII. 3 *p.* 37. *n.* 1. Schistus scriptura alba ater solidus poliendus.

Woltersd. miner. 17. Schistus niger durus subtillis.

Waller. miner. 64. Fissilis solidus mollior, lamellis crassioribus.

Baum. miner. 1. *p.* 219. Lapis lydius.

Habitat in montibus schistosis strata constituens v. g. parcius in Oelandia, *in* Franconia *prope* Lauenstein, *politaram imperfectam assumens, aëre & oleo pingui indurescens, hoc imbutus coriculæ loco inserviens.*

tabularis. 2. A. nitidula mollis ex cinerascente nigra scriptura albida, bracteis rectis.

Syst. nat. I. *p.* 154. XII. 3. *p.* 37. *n.* 2. Schistus tabularis scriptura nivea, ater impalpabilis æqualis fissilis.

Cost. fossil. 165. Schistus niger polituram quodammodo admittens.

Waller. miner. p. 62. Fissilis subtilior niger, polituram quodammodo admittens.

Waller. Syst. miner. 1. *p.* 336. *n.* 1. Schistus subtilior niger, rasura albus, polituram aliquo modo admittens.

Scheuchz. alp. 1. *p.* 19. & 2. *p.* 47. & 3. *p.* 7. Lapis fissilis niger glaronensis.

Cronst. miner. §. 91. B. 1. *a.*

Habitat in Scaniæ, Helvetiæ (*præsertim* Glaronensis,) Franconiæ (*prope* Lehsten,) Saxoniæ (*prope* Wurzbach) montibus, *polituram imperfectam admittens, maculis interdum obscurioribus orbiculatis aut oblongis varia, rasa levissime cum aqua forti effervescens, leviuscula, mensis, tabulis calculatoriis stilis inserviens.*

tegularis. 3. A. nitidula subduriuscula ex cærulescenti nigra scriptura cinerea, bracteis rectis.

Syst. nat. I. *p.* 154. XII. 3. *p.* 38. *n.* 5. Schistus (Ardesia) scriptura cinerea cærulescenti niger tinnitans.

Wolt. min. 17. Schistus niger durus rudis.

Cost. fossil. 181. Schistus cæruleus.

Wall. miner. p. 63. Fissilis durus cærulescens.

Wall. Syst. miner. 1. *p.* 337. *n.* 2. Schistus durus rasura albescens clangosus.

Carth. miner. 25. Fissilis durus rudis ex nigro cærulescens.

β) Ardesia rubra. *Cronst. miner.* §. 91. B. 1. *β.*

γ) Ardesia purpurea. *Kirw. miner. p.* 86. *sp.* 6. *var.* 1.

δ) Ardesia purpurascens. *Kirw. miner. p.* 88. *sp.* 6. *var.* 2.

ε) Ardesia ex virescenti cinerea. *Waller. Syst. min.* 1. *p.* 338. *n.* 2. b.

Habitat in Spitsberga, Suecia e. g. Jemtiæ alpinis, Helsingia, Westmannia, Scania, Anglia, Hercynia, Saxonia, Franconia, &c. *interdum vivorum corporum, præsertim mariorum vestigiis ornata, aut arbuscularum imaginibus picta, aut mica vel pyritæ particulis inspersis nitens, aut quartzi granulis largius imistis solito durior, aquam non hauriens, tectis ædificiorum inserviens.*

solida. 4. A. nigricans texturæ ex schistoso compactæ tinnitans scriptura cinerea.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 38. *n.* 6. Schistus scriptura cinerea, nigricans solidus tinnitans.

Waller. Syst. miner. 1. *p.* 342. *n.* 7. Schistus solidus durus difficulter vel non in lamellas divisibilis.

Habitat in Suecia, Hispania, nova Hispania, *in festucas dissiliens, nigrescens, fusca, grisea aut rufescens.*

compactissima. 5. A. obscura compactissima solidissima duriuscula scriptura exalbida.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 39. *n.* 13. Schistus compactissimus.
Habitat rarissima in Sina, *nigra aut fusca, exterius glabra inæqualis, intus compactissima; an distincta hujus generis species?*

atrata. 6. A. texturæ schistoso lamellosæ mollissima, scriptura albida.
Syst. nat. I. *p.* 154. XII. 3. *p.* 37. *n.* 3. *it. wgoth.* 28. *Schreb. lith.* 30. Schistus scriptura alba, nigricans subfriabilis.
Waller. miner. 66. Fissilis molior friabilis.
Waller. Syst. miner. I. *p.* 341. n. 6. a. c. e. Schistus diverso colore, niger rasura cinereum, ceteris vero coloribus concolorem exhibens pulverem siccus macer fragilis.
Cost. fossil. 167. Schistus niger.
Habitat in Lapponia, Scania, *aliis* Sueciæ *provinciis, macera, nigricans, fusca aut flavescens, igne agitata crepitans, fortiori in vitrum spumosum convertenda, rasa cum aqua forti paulisper effervescens.*

undulata. 7. A. nigra texturæ undulatim schistosæ.
Waller. syst. miner. I. *p.* 345. *n.* 9. d. Schistus carbonarius, lamellis fluctuantibus.
Habitat in Finnia & Jemtia, *nunc mollior, igne in scorias porosas, nunc paulo durior, igne in vitrum solidum convertenda.*

bituminosa. 8. A. mollissima pinguiuscula obscura tritura nitens, scriptura nigra texturæ recto-schistosæ in fragmenta discoidea dissiliens, in igne fumans aut flammam concipiens, in aperto expallescens.
Cronst. miner. §. 159. Brandschiefer.
β) *Waller. syst. miner.* I. *p.* 344. *n.* 9. b. c. Schistus solidus crassus non fissilis, rasura nigra, carbonarius.
da Costa fossil. 168. 4. Schistus terrestris niger carbonarius.
γ) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 39. *n.* 10. Schistus (communis) scriptura nigra, ater solidus.
Waller. Syst. miner. I. *p.* 340. *n.* 5. Schistus niger pinguis, igne fumans vel odorem spargens rasura niger.
δ) *Cronst. miner.* §. 158. Kolon.
Habitat in Sueciæ, Angliæ, Lusatiæ, *aliarum terrarum montibus stratariis, strata sæpe ampla efficiens, stratis*

lithanthracum & minerarum aluminis crebro vicina, petroleo, interdum quoque vitrioli acido perfusa, aut pyritæ glebulis venisve immixtis scatens, hinc nigra, hinc in igne odorem, fumum, flammam spargens non raro sulphuream, hinc in igne aperto cum ponderis jactura albescens aut canescens, probabiliter ex argilla fissili bitumine penetrata nata.

Kellas. 9. A. texturæ fibrosæ linguæ parum adhærens. *Bergm. Journ.* 1790. 7. *p.* 12. &c.

Habitat in Cornubiæ *montibus, cupri scannique venas interdum utrinque cingens, nunc plombei, nunc rufescentis coloris.*

Nigrica. 10. A. atra macra mollissima inquinans scriptura atra texturæ incurvo-schistosæ in fragmenta discoidea aut festucas longas dissiliens, in igne rubescens.

Syst. nat. I. *p.* 154. XII. 3. *p.* 38. *n.* 9. *Mus. Tessin.* 18. *n.* 6. Schistus scriptura atra, ater inquinans.

Woltersd. 17. Schistus niger friabilis inquinans.

Carth. miner. 25. Fissilis friabilis niger manus inquinans.

Waller. miner. 67. *Baum. miner.* I. *p.* 219. Fissilis mollis friabilis pictorius

Waller. syst. miner. I. *p.* 343. *n.* 8. Schistus mollis niger rasura ater pictorius.

Habitat in Westrogothia Sueciæ (*ad* Hunnenberg,) Franconia (*prope* Ludwigstatt,) & Italia, *sæpe aluminis mineris vicina, pictorum usu celebris, bitumine & ferri calce dives, ideo igne torta odorem minus gratum spargens, & rubrum colorem induens, tum rubricæ loco adhibenda.*

tessularis. 11. A. mollissima subponderosa in fragmenta trapezoidea dissiliens, texturæ schistosæ.

Gerh. Beytr. 2. *Mineralr.* I. *p.* 343. *n.* 5. Schistus (rhombeus) tabulis quadrangularibus.

Habitat fusca, lutea aut viridis in Silesiæ *principatu* Liegniz *prope* Goldberg, & *in comitatu* Glaz *prope* Neudorf, *integros montes constituens.*

34. BASALTES. Ex terra aluminari, plurima (½) ſilicea, & (¼) ferri calce conſtans, quibus non raro pauxillum terræ calcariæ, magneſiæ albæ & nigræ accedit.

Opacus inconſpicuus, macer, tritura cana (utplurimum), in fragmenta indeterminata, diſſiliens, in aëre in argillam fatiſcens.

Cum aqua forti non efferveſcens; igne paulo fortiori in vitrum ſolidum nigrum abiens.

Shiſtoſus. 1. B. ater texturæ ſchiſtoſæ.

Habitat in montibus baſaltiferis Rheni *inferioris ripæ*, & Gœttingæ *vicinis*, *olivini nidulis ſcatens*.

columnaris. 2. B. obſcurus compactus duriuſculus tenax in fragmenta priſmatica granulata ſponte ſecedens.

Baum. miner. I. *p.* 220. Baſaltes.

Carth. min. 21. Smectis cryſtalliſatus, cryſtallis oblongis irregularibus.

Waller. miner. 139. Corneus cryſtalliſatus priſmaticus lateribus inordinatis.

Waller. ſyſt. miner. I. *p.* 319. *n.* 9. Baſaltes figura columnari, lateribus inordinatis, cryſtalliſatus.

Habitat faſtigia montium prærupta coni truncati formam interdum præ ſe ferentia ſæpe conſtituens granitæ, gneiſſo, marmori, wacæ, argillæ, arenæ, arenario, lithanthraci, ſuperimpoſitus varius pergneiſſum trajiciens, in maris auſtralis inſulis, potiſſimum nova Seelandia, nova Hiſpania, *in* Sicilia, Italia *meridionali* Gallia, Irlandia, Scotia & *inſulis vicinis inſulis* Feroë, Islandia, Sileſia, Hungaria (*prope* Schemniz, Cremniz, Kreutz) *occidentali* Bohemia, *ſuperiori* Luſatia, Saxonia, Thuringia, Hennedergo, *& vicinis* Franconiæ *montibus in* Palatinatu *ſuperiori*, Weteravia, Fulda, Haſſia, Gœttingenſi diſtrictu, Naſſovia, *ad* ripas Rheni *inferioris*, *ex vireſcenti cinereus, ex rufeſcenti fuſcus, creberrime ex*

ciaerascenti niger, innumera aliorum fossilium innidulantium varietate conspicuus, aut arborum imaginibus, quas magnesiæ nigræ debet, pictus, ferro interdum adeo dives, ut a magnete trahatur, & in ustrinis magno cum fructu ferri mineris adjiciatur fragmentis in quæ secedit, rarius regularibus, rarius tabularibus, utplurimum magnis & prismaticis, sæpe enormis & longitudinis & diametri, creberrime hexaedris, interdum tetraedris, (angulis rarius obliquis quam rectis) pentaedris aut heptaedris, rarius triaedris, octaedris aut majori facierum numero conspicuis, fragmentorum a loco natali avulsorum angulis sæpe rotundatis aut detritis, prismatibus nunc rectis, rarius flexuosis, nunc continuis, rarius articulatis, nunc perpendicularibus, nunc obliquis, nunc sparsim decumbentibus, rarius se decussantibus & secantibus, interdum vitri more fragilibus & companæ instar tinnitantibus, lapidis lydii, bibliopegis incudis loco inserviens, sternendis plateis, struendis ædificiis, aliis usibus eximie conducens, utrum ignis filius an aquæ sedimentum?

pyramidalis. 3. B. obscurus compactus in fragmenta pyramidalia sponte secedens. *Hacquet chem. Annal.* 1788. I. *p.* 522.

Habitat in Bohemiæ *montibus prope* Aussig, *fragmentis elongatis triaedris, in* Hungaria (*prope* Schemniz & Cremniz) *fragmentis tetraedris.*

tunicatus. 4. B. compactus sponte in fragmenta crustosa secedens, crustis sphæricis concentricis.

Habitat cum columnari, *hoc mollior, dilutius tinctus, & facilius fatiscens.*

Wacca. 5. B. mollis fragilis compactus tritura nitidulus sponte non in fragmenta secedens.

Kasten Magaz. für Helvet. Naturk. 3. *p.* 234.

Habitat in Bohemiæ & Saxoniæ *montibus, etiam grandævis, nunc strata ampla efficiens, nunc venæ instar rimas explens, non raro venis metalliferis dives, frequentius cinereus aut virescens, quam niger, texturæ planæ, quam granulatæ, crebra columnaris basis, qua tamen longe celerius, fatiscit, olivini nihil includens.*

Trapezum. 6. B. duriusculus compactus aquam imbibens in aëre rufescens & lamellatim fatiscens, in igne crepitans & cum strepitu dissiliens.

Syst. nat. I. *p.* 154. *n.* 4. *Mus. Tessin.* 16. Schistus cinereus solidiusculus, scriptura cana.
Syst. nat. I. *p.* 188. *n.* 25. Saxum impalpabile calcarium schistiforme cinereum.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 72. *n.* 2. Saxum impalpabile schistosum subcalcarium, fragmentis rhombicis.
It. wgoth. 211. Saxum schistosum calcarium cinereum.
Cronst. miner. §. 265. Saxum compositum jaspide martiali molli seu argilla molli indurata & . . .
Waller. syst. miner. I. *p.* 361. *n.* 4. Corneus durus particulis minimis terreis in fragmenta cubica vel rhomboidalia fissus.

Habitat in Scandinaviæ *montibus, præsertim* Hunneberg, *in* Anglia, Scotia Pyrenæis Germania, *integros hinc inde montes aut ampla eorum strata constituens, sæpius venæ instar secans, in profundo rimas innumeras agens, & sæpe in prismata tetraedra, rarius pentaedra aut triaedra fissus, cinereus fuscus aut niger, igne leniori rufescens, eoque tortus a magnete trahitur; cum aqua forti paulisper effervescit; vitro nigro repando, compactior lapidis lydii loco inserviens.*

35. LAVA. Ex ex terra aluminari, plurima silicea & ferri calce constans, quibus non raro pauxillum terræ calcariæ & magnesiæ albæ accedit.

Coloris (utplurimum) obscurioris, tritura cana, macra, in fragmenta indeterminata dissiliens, in aëre in argillum fatiscens.

Ignis vi aperta liquante progenita, in montibus ignivomis obvia, igne denuo liquanda in vitrum nigrum.

compacta. 1. L. subopaca compacta duriuscula, texturæ conchaceæ.
Givani litologia Vesuvian. p. XLIX. & 84.
Habitat in montibus ignivomis *eorumque vicinia, ignis in minus alterata; ut lapidis, ex quo conflata fuit, manifesta utplurimum præ se ferat vestigia, & indolem,*

frequentius nigra, quam cinerea, fusca, aut rubra, rarius alba, rarissime viridis aut cærulea; crebro etiam innidulantibus innumeris fossilibus heterogeneis, aut antea infixis, aut postea natis & per aquam precipue depositis variegata, in prismata, granulata, aut fragmenta crustosa concentrico sphærica aliquando sponte secedens, aut stiriæ in modum in foveis montium pendula ac formata; ædificiis, & nobilioribus sæpe eorum partibus ex struendis, statuis &c. inserviens; an ex marga petrosilice hornblenda, aliisque liquatu facilioribus nata?

vitrea. 2. L. diaphana nitens compacta dura texturæ conchaceæ.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 182. *n.* 7. Pumex vitreus solidus.
Cronst. miner. §. 292. Achates islandicus niger.
Waller. Syst. miner. 2. *p.* 378. *n.* 5. Porus igneus lapideus solidus vitreus.
Vandell. therm. 5. Vitrum fossile.
Givani litolog. Vesuv. p. 128. &c. Vetrificazioni compatte.
β) Lava filamentis vitreis. *Hamilt. act. angl. vol.* 70. *ad. ann.* 1780. *P.* 1. *n.* 4.
Habitat in montibus ignivomis novæ Hispaniæ, regni Peruani, Islandiæ Hecla, Italiæ Vesuvio, *in* insulis Pontia, Pentellaria Paschali, (*hinc inde etiam in aliis regionibus, v. in* Hungaria *superiore, in quibus ignis subterraneus, aut pyrita, aut lithanthracibus fotus, grassatus est, simile quid*) *non raro alia quoque immersa continens nunc magis nunc* (Smalti) *minus diaphana, utplurimum atra, rarius cinerea, viridescens, cærulescens, aut alba, frequentissime formæ communis, rarius stalactitæ, aut* (*in insula* Pontia) *globi formam induta, aut pyramidis pentaedræ formam referens, reliquis speciebus difficilius liquanda, ferri quoque minorem multo copiam continens, terræ calcariæ & magnesiæ albæ expers, olim pro globulis vestimentorum adhibita, novæ Hispaniæ & regni Peruani incolis in speculi locum, non semper ad chalybem scintillans.*

scoriacea. 3. L. bullosa scabra intus nitens texturæ conchaceæ.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 277. *n.* 3. b. Porus igneus lapideus facie scoriacea solidus.
Givani litolog. Vesuvian. p. 146. &c. Vetrificazioni porosa pesante.
de Dolomieu Memoir. sur les isles Ponces &c. nr. III. 1.
Habitat in montibus ignivomis, *frequens in* Aettnæ *effluviis lavam compactam utplurimum tegens, rarius, fusca,*

quam nigra, interdum quoque heterogenea continens, facilius reliquis speciebus satiscens, quibus ceterum similis, frequentissime nigra, interdum levis, superficie non raro undulata.

porosa. 4. L. opaca inconspicua porosa leviuscula.
Givani litolog. Vesuv. p. 150. &c. Scorie leggiere.
de Dolomieu Memoir. sur les Isl. Ponc. &c. n. 11.
Habitat in montibus ignivomis *eorumque vicinia, frequentior in iis, qui nostra hac ætate adhuc exardescunt, quum in exstinctis, frequentius ex apice montis protrusa, quam ex lateribus effluens, ardente lavæ fluvio obstaculis impedito atque insurgescente sæpe progenita, frequentius nigra, quam rubra, magnesia alba reliquis ditior, quo magis porosa, eo magis.*

Pumex. Bimsstein. 5. L. opaca inconspicua parallela fibrosa porosa levis aspera.
Syst. nat. I. *p.* 192. *n.* 1. XII. 3. *p.* 181. *n.* 1. Pumex (Vulcani) schisti niger.
Dal. pharmac. 43. *Cronst. miner.* §. 295. Pumex.
Waller. miner. p. 328. Porus igneus lapidis asbesti.
Waller. syst. miner. 2 *p.* 375. *n.* 2. Porus igneus lapideus porosus fibrosus levis, aquis innatans.
Givani litolog. Vesuvian. p. 140. Vetrificazioni filamentose.
Habitat in montibus ignivomis, Islandiæ Hecla, Italiæ Vesuvio, *vicinarum insularum*, Ventotiene, Ischia, Zanone, Pontia, Volcano, Liperi, *etiam in insulis nonnullis archipelagi* e. g. Santorin, & *maris australis* e. g. Tanna & nova Seelandia, *sæpe aliis vulcani productis inclusa a maris undis elata & ad remota interdum littora devecta (in* Aetna *nulla,) etiam in regionibus exardescente lithanthracum strato aut indicia montium olim ignivomorum non omni dubio majora præ se ferentibus exustis v. gr. prope Cassellas, in* Hassia, *ad* Rheni *ripas a* Neuwied *ad* Confluentiam *usque & ultra, in* Bohemia *prope* Eger & *in monte* Schlätoizensi & Salsizensi *in* Nassovia *prope* Datweiler in Occitania, Italia *superiori & media obvia interdum in columnas regulares secedens, rarius fusca aut nigra, quam flavescens, albida, aut cinerea, fibris interdum minus conspicuis, utplurimum cavernosa, aquæ salsæ innatans, plurima aquæ communi, felspati, schorli, micæ particulas non raro inspersas continens, poliendis vitris, lapidibus duris, metallis idonea, vitrum ex asbesto, an ex ardesia, lithantrhace & pyrita, an ex schisto micacea & granito liquata faciliori nata?*

spuria. 6. L. incendiorum terræ ex ardentibus carbonum fossilium stratis natorum filia.

Habitat e. gr. *in* Bohemia *prope* Bilin, Seidschüz, Laun, Sobosan, Nassovia *prope* Datweiler, Hungariæ *monte* Schater *nunc porosa*, *nunc compacta*, *nunc magis*, *nunc minus ponderosa*, *spadicea*, *latertia*, *cinerea*, *atro*, *cærulea*, *ferri*, *chalybis*, *iridis coloribus lucens*.

36. MICA. Ex terra aluminari & silicea atque phlogisto constans, quibus utplurimum ferri calx & pauxillum magnesiæ albæ, interdum pauxillum magnesiæ nigræ accedit.

Glabra, macra, nitens, mollis, flexilis, incurve lamellosa, in fragmenta granulata sponte secedens, in discoidea facilime dissiliens, leviuscula, parasitica.

Igne leniori non mutanda, vehementiori in vitrum durum hinc inde bullosum liquanda.

membranacea. 1. M. pelucida, lamellis amplis facilime separabilibus elasticis parallelis.

russisches Glas. *Syst. nat.* I. *p.* 155. *n.* 1. XII. 3. *p.* 58. *n.* 1. Mica membranacea fissilis flexilis pellucida hyalina.

Carth. miner. 14. Mica lamellis diaphanis latis tenuissimis flexilibus.

Cronst. miner. §. 94. A. 1. Mica constans lamellis magnis parallelis.

Wolt. miner. 17. Mica fissilis, membranis, diaphanis.

Wall. miner. 120. & *syst. miner.* 1. *p.* 369. *n.* 1. Mica membranacea pellucidissima flexilis alba.

Bommer. miner. 216. Argyrolithus.

Habitat in Malabaria, Sibiria (*prope* Irkuz *ad lacum* Bajkal & Fauly,) Russiæ (*prope* Archangel,) Finnia Wermelandia (*prope* Elfdalen,) Galliæ *provincia* Vivarais, Sabaudia (*prope* Genevam) *massis aliquot ulnarum inter-*

dum diametro, granitæ partem constituens lamellarum summa flexilitate facile a gypso speculari & glaciali discernanda.

laminosa.2. M. diaphana colorata, lamellis amplis parallelis facilime separabilibus.

Syst. nat. I. *p.* 155. *n.* 2. XII. 3. *p.* 58. *n.* 2. Mica membranacea fissilis flexilis subdiaphana albida.

Cronst. miner. §. 95. 1. Mica lamellosa martialis.

Waller. Syst. miner. 1. *p.* 369. *n.* 2. Mica membranacea semipellucida rigida.

Habitat potissimum in granite montium primævorum, *utplurimum infumata aut nigra, interdum fusca, aurea, rubra, aut alba rarissime sola in schisti speciem concrescens.*

squamosa.3. M. subopaca, lamellis minoribus sparsis incurvis.

Waller. miner. 130. *syst. miner.* 1. *p.* 370. *n.* 3. Mica squamulis rigidis inordinate mixtis.

α) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 58. *n.* 3. Mica squamosa rigidula argentata.

Cronst. miner. §. 94. 2. Mica squamosa.

Woltersd. miner. 17. Mica compacta, membranis squamosis, argentea.

β) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 58. *n.* 4. Mica squamosa rigidula aurata.

Cronst. miner. §. 95. 2. Mica squamosa martialis.

Habitat, tanquam pars constituens, in granite *multisque aliis saxis, metalico cupri, argenti auri nitore non raro alias innumeris flavi, rubri, fusci, nigri, cinerei, viridis coloris varietatibus conspicua.*

undulata.4. M. lamellis undulatis aureis.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 60. *n.* 10. Mica flexuoso-undulata, squamis auricoloribus.

Waller. miner. 124. Mica particulis fluctuantibus.

Waller. syst. miner. 1. *p.* 372. *n.* 4. b. c. Mica fissilis, lamellis fluctuantibus & Mica fissilis, lamellis reflexis.

β) *Syst. nat.* I. *p.* 155. *n.* 5. Mica particulis lamellatis, ad angulum acutum striatis.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 59. *n.* 6. Mica (hungarica) lamellis flexuosis fragilibus auratis.

Woltersd. min. 17. Talcum molliusculum friabile, colore aureo.

Wall. min. 128. Talcum luteum, lamellis opacis, fragilissimum.

Waller. syst. miner. 1. *p.* 375. *n.* 9. Talcum luteum, lamellis flexuosis opacis friabillissimum.

Carth. min. 15. Talcum lamellis opacis rigidis luteis.

Habitat in Dalecarliæ *fodinis β) in* Dalecarlia.

hemisphærica. 5. M. lamellis hemisphæricis concentricis.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 59. *n.* 8. Mica squamis hemisphæricis.

Waller. miner. 125. *syst. miner.* 1. *p.* 373. *n.* 6. Mica hemisphærica.

Habitat in Finlandiæ parœcia Kimito, *saxi fatiscentis partem constituens, nitidissima, alba, semen pisi dimidiatum magnitudine & figura referens.*

striata. 6. M. lamellis in radios transeuntibus.

Waller. syst. miner. 1. *p.* 372. *n.* 5. Mica particulis oblongis tenuioribus acuminatis.

Cronst. §. 94. 3. Mica particulis acerosis.

Habitat in Sueciæ *saxis, cinerea vel nigra, igne albescens vel flavescens hornblendæ accedens.*

crystallina. 7. M. tabulis hexaëdris.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 60. *n.* 9. Mica squamis erectis passim triquetro-conniventibus.

Cronst. miner. §. 95. 5. Mica drusica.

Waller. syst. miner. 1. *p.* 373. *n.* 7. Mica figura determinata drusica.

Habitat in Dalecarliæ *fodinis, in* Sahlbergensi, Zinnwaldensi, *tabulis nunc sparsis, nunc stellatim aggregatis, nunc in columnas dispositis.*

prismatica. 8. M. fusca prismatibus enneadris

Klaproth bergm. Journ. 1790. 9. *p.* 227.

Hoffm. bergm. Journ. 1789. 1. *p.* 156.

Habitat in fodina Schneebergensi Saxoniæ, Pini *prope* Aue. *saxo ex quartzo & feldspato composito innidulans, opaca, intus parum nitens.*

37. **OPALUS.** Ex terra aluminari & plurima ſilicea cum pauca ferri calce conſtans, cui interdum pauxillum magneſiæ albæ aut terræ calcariæ accedit.
Duriuſculus, nitens, vix unquam opacus, texturæ conchoideæ, levis, in fragmenta indeterminata diſſiliens, paraſiticus, formæ utplurimum communis, *facile rimas agens.*
Igne difficilime liquandus.

hydrophanus. Weltauge. 1. O. ſubopacus in liquidis pellucidus coloremque mutans, linguæ adhærens.
Syſt. nat. XII. 3. *p.* 69. *n.* 6. ♂. *Wall. miner.* 83. *ſyſt. min.* I. *p.* 283. *n.* 21. Achates unguium colore in aëre opaca aqua pellucens.
Brückmann von dem Weltauge oder Lapide mutabilli. *Brunsv.* 1777.
Liebenroth ub. Nat. u. Menſch verm. mineral. Gegenſt. in Sachſ. 2. *Samml.* §. 28. *p.* 49.
Habitat in inſularum Feroenſium, Iſlandiæ, Britanniæ, Hetruriæ, Hungariæ, Sileſiæ, Poloniæ, Saxoniæ, (*præſertim prope* Hubertsburg,) Goettingiæ *piceis, nobilibus, vulgaribus & vilioribus, chalcedoniis, praſiis, chryſopraſis, nephritico, ſerpentino, granite, jaſpide, porphyrio argilla indurata, albus, eburneus, ochroleucus, vitellinus, rufeſcens aut vireſcens, rarius, ſi unquam, pyramidis triaedræ forma comparens.*

piceus. Pechſtein. 2. O. nitoris cerei, texturæ imperfectius conchaceæ.
Habitat, rarius aut nunquam magnam montium partem conſtituens, quam aliis foſſilibus, magnis ſæpe, maſſis innidulans in inſulis Iſlandia, Elba, *in* Gallia *prope* Meſnil-Montant, *etiam in* Alvernia, Forez, Britannia (*prope* Pompeen,) Bavaria (*prope* Qizersdorf,) *in* Tranſilvania (*prope* Hermanſtadt, Szent-Irnæ & Nagyag,) *in* Hungaria, (*prope* Boinik, Koenigsberg, Schemniz, Cremniz, Jacobian, inter Eperias & Tokai, & *in valle* Siroka,) *in montibus* giganteis *in* Saxonia (*prope*

Misenam Dresdam & Pleniz,) nova Hispania *infumatus*, *ex cinereo niger*, *ex virescente fuscus*, *olivaceus*, *gramineus*, *psittacinus*, *cærulescens*, *cæruleus*, *aut ruber*, *diaphanus*, *semipellucidus*, *aut subopacus*, *segmentis*, *in quæ sponte secedit*, *granulatis*, *interdum ligni fragmenta includens*.

ligneus. 3. O. subopacus logitudinaliter diffractus fibrosam texturam monstrans in fragmenta crustosa sponte secedens.
Karst. Lesk. mineralkab. I. *p.* 170. Holzopal.

Habitat massis utplurimum ingentibus in comitatu Hungariæ Liptoviensi, *facile in fragmenta, nonnunquam in festucas longas dissiliens*, *interdum opacus*, *rarius diaphanus*, *fibris utplurimum rectis*, *crustis*, *in quas sponte secedit crassis*, *nunc rectis*, *nunc incurvis*, *crebrius striatus quam unicolor*, *lacteus*, *ex rufescente albus*, *ochroleucus*, *ex flavescente cinereus*, *fusci capillorum aut caryophyllorum aut in luteum vergatis coloris*, *ochraceus vel hyacinthinus*.

cereus. 4. O. semipellucidus levis flavus, texturæ perfecte conchaceæ.
Werner in Cronst. Mineral. §. 55. *p.* 122.
v. Fichtel Karpath. p. 408.
Habitat frustis rotundatis jaspidis sæpe & argillæ induratæ inhærens Polonia *prope* Radomischel *in* Hungaria *superiori prope* Telkobanya, *flavedine propius nunc ad ceream*, *nunc ad melleam accedente*, *nunc paulisper infuscum colorem vergente*, *fragilis*, *intus valde nitens*, *fragmentis*, *in quæ dissilit acutis*, *interdum ferre discoideis*.

vilior. 5. O. durus leviusculus facile dissiliens in fragmenta acuta.
Karst. Lesk. Mineralkab. I. *p.* 168.

Habitat in Polonia *prope* Radomischel, Silesia *prope* Cosemütz Bohemia, Hungaria (*prope* Tescherweniza & Telkobánia,) Austria (*prope* Primerstorf,) Saxonia (*prope* Freyberg, Eibenstock & Johanngeorgenstadt,) & *prope* Francofurtum *ad* Moenum (*ad* Avestein,) *diaphanus vel subopacus*, *rarius opacus rarissime pellucidus*, *texturæ nunc magis*, *nunc minus perfecte conchaceæ*, *nitoris nunc majoris nunc minoris utplurimum vitrei*, *colorum albi*, *cinerei*, *viridis*, *fusci*, *rubri nigri*, *varietate magnæ conspicuus*, *interdum maculosus*.

6. O.

vulgaris. 6. O. colorem pro situ ad lucem varians duriusculus leviusculus diaphanus, fragmentis in quæ dissilit, obtusiusculis.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 68. *n.* 6. *α.* Silex vagus reflexione et refractione varians, albus.

Waller. miner. 82. Achates fere pellucida, colores pro situ spectatoris mutans.

Waller. syst. miner. 1. *p.* 280. *n.* 19. Achates fere pellucida colores sub refractione et reflectione varians.

Habitat utplurimum aliis lapidibus inhærens, et formæ communis, rarius reniformis aut botryoides, in Polonia (*prope* Radomischel,) *in* Silesia (*prope* Cosemüz *et* Schwentich), *in* Saxonia (*prope* Johanngeorgenstadt, Eibenstock, Schneeberg *et* Freyberg,) *prope* Francofurtum *ad* Moenum, Hungaria (*prope* Tscherweniza,) *heic interdum lichenes includens, in* Islandia *et insulis* Feroe, *intus utplurimum parum nitens, interdum suboracus, lacteus, ochroleucus, ex flavescenti aut virescenti cinereus rarius porraceus olivaceus aut rubellus, aquæ guttam interdum includens, rarius texturæ in planam vergentis, aut matris perlarum instar nitens aut punctis quasi argenteis micans.*

nobilis. 7. O. semipellucidus intus valde nitens levis duriusculus colore vivaci pro situ ad lucem vario, fragmentis in quæ dissilit acutis.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 68. *n.* 6. *β.* Opalus Pæderota.

Plinius hist. mund. 37. *c.* 6. *Hasselq. it* 508. *Cronst. miner.* §. 55. a. Opalus Nonnii.

Waller. syst. miner. 1. *p.* 281. *n.* 19. b. Opalus colore olivari, reflexione ruber.

Johann apocal. 21. 11. Lapis præstantissimus Jaspis.

Habitat ad radicem montium Carpathicorum *in* Hungaria *prope* Tscherweniza, *argillæ ferriferæ inclusus, heic jam anno* 1400 *erutus, rarior in* Saxonia *prope* Freyberg, *utplurimum lacteus luci recta obversus flavus, oblique eam recipiens viridis, flavus, ruber aut cæruleus; sæpius fere pellucidus, rarius fere diaphanus, rarissime vermen includens.*

38. ZEOLITHUS. Ex terra aluminari pauca et plurima filicea conftans, quibus aliquid terræ calcariæ et pauxillum calcis ferreæ et aquæ accedit.

Leviufculus, in fragmenta (utplurimum) indeterminata diffiliens, parafiticus, fragmentis in quæ fponte fecedit granularibus.

Aqua forti fine effervefcentia folubilis, et cum ea in gelatinæ fpeciem fæpe abiens igne cum ebullitione facile liquandus in vitrum album, initio fpongiofum, aquæ fupernatans et primo fluxus momento fplendorem emittens.

farinaceus. 1. Z. albus friabilis.
Knoch Beytr. zu chem. Annal. 2. *p.* 20.
Habitat in Iflandia *et* Hercynia (*prope* Andreasberg,) *ex fatifcentia congenerum natus.*

lamellofus. 2. Z. folidus intus nitens rufefcens diaphanus lamellofus, lamellis undulatis fragilibus.
Kenoch Beytr. chem. Annal. 2. *p.* 27. *f.* 17. 18. 19.
Riuman. nov. act. Stockh. 5. *ad* 1784. 1. *p.* 52. Gäften.
Habitat in Oftrogothia *et* Iflandia, *interdum in fragmenta cruftofa fecedens, duriufculus.*

radiatus. 3. Z. folidus matris perlarum inftar nitens radiatus, radiis convergentibus.
Cronft. miner. §. 111. 3. A. Chryftalli zeolitis pyramidales concretæ ad centrum tendentes.
Waller. fyft. miner. 1. *p.* 313. *n.* 9. Zeolites facie felenitica lamellaris.

Habitat in Islandia *insulis* Feroë, Lapponia, Jemptia *et* Hercynia, *radiis nunc stellatis, nunc fasciculatis, albus aut flavus, duriusculus.*

fibrosus. 4. Z. solidus matris perlarum instar nitens fibrosus, fibris convergentibus.
Cronst. miner. §. 110. Zeolites spatosus.
Waller. syst. miner. 1. *p.* 311. *n.* 2. Zeolites particulis minoribus, granularis mollior.
Vogel miner. 189. *Act. Stockh.* 1756. *p.* 120. Zeolitus.
Habitat in Islandiæ lavis, *frequens chalcedonii comes, in* Scotiæ, Hassiæ, Thuringiæ, Galliæ basaltis, *rarior in* Hercynia, *utplurimum albus, rarius rubellus, fuscescens, flavus aut cinereus, fibris tenuioribus aut crassioribus, nunc fasciculatis, nunc stellatis et in globi magis minusve perfecti formam non raro aggregatis, diaphanus, rarius semipellucidus, duriusculus.*

stillatitius. 5. Z. solidus subcylindricus rufescens.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 185. *n.* 12. Stalactites (zeolithus) spatosus rufescens.
Habitat passim in rupium rimis. An distincta species?

clavatus. 6. Z. solidus diaphanus matris perlarum instar nitens fulcatus clavæ forma.
Knoch. Beytr. chem. Annal. 2. *p.* 17. *f.* 6. 8.
Habitat gregarius in insulis Feroë, Islandia, Jemtia, Hercynia, *heic argento rubro & spati speciebus variis insidens, lacteus, rarius flavicans.*

tabularis. 7. Z. solidus semipellucidus duriusculus matris perlarum instar nitens, tabulis hexaëdris.
Fischtel Karpath. p. 660.
Knoch Beytr. chem Annal. 2. *p.* 16. *f.* 1. 3. 4. 5.
Habitat in Islandia, Hercynia, Transilvania, *rarius lacteus aut ruber quam ex cærulescenti albus, utplurimum faciebus brevioribus singulis in binos rhumbos terminatis.*

cubicus. 8. Z. albus solidus subpellucidus duriusculus matris perlarum instar nitens, cubis exilibus aggregatis.
Habitat in insulis Feroë, Islandia, Lusatiæ *superioris* (*ad montem* Lausche) *basalta.*

prismaticus. 9. Z. albus pellucidus nitens duriusculus, prismatibus tetraëdris.

α) prismatibus rectangulis.
a) perfectis.
Cronst. miner. §. 111. B. Cristalli zeolitis distinctæ figura prismatica truncata.
b) utrinque in aciem terminatis. *Knoch Beytr. z. chem. Annal.* 2. *p.* 133.
c) pyramide tetraëdra terminatis. *Karst. Lesk. Mineralkab.* 1. *p.* 133.
d) æquilateris.
e) compressis. *Karst. Lesk. Mineralkab.* 1. *p.* 133.
a) cruciatim se perforantibus. *Karst. Lesk. Mineralkab.* 1. *p.* 133.
f) aggregatis.
a) fasciculatim.
b) stellatim.
β) prismatibus obliquangulis.
Habitat in insulis Feroë, Islandia, b. c. (e a) *in* Hercynia, a) *in* Jemtia, *prismatibus interdum minutis.*

capillaris. 10. Z. niveus nitens duriusculus, pyramidibus capillaribus. *Cronst. miner.* §. 111. C. Cristalli Zeolitis capillares.
α) pyramidibus segregatis.
β) pyramidibus fasciculatim congestis.
Habitat in insulis Feroë, Jemtia, *basalte* Isenacensi.

scintillans. 11. Z. durus nitens. *Bergm. chem. Annal.* 1784. 2. *p.* 392. *Groschke Bergbauk.* 1. *p.* 398.
a) formæ communis.
b) superficiebus sphæricis inæqualis.
c) prismatibus perfectis hexaëdris, faciebus convexis.
Habitat in Suecia *rarior prope* Edelfors, *etiam in* Westrogothiæ *et* Scotiæ *basaltis prope* Edinum *et* Dumbarton, γ) *prope* Strontian *rarius fibrosus aut radiatus, quam compactus, albus, canus isabellinus aut ruber, egregiam polituram admittens.*

viridis. 12. Z. pomaceus durus semipellucidus texturæ partim lamellosæ partim radiatæ.
Claproth. Schr. berl. Naturf. 8. *p.* 217. *Hassenfratz journ. de phys.* 1788. *Febr. p.* 81. *Werner bergm. Journ.* 1790. 1. *p.* 99. Prehnit.
Sage journ. de phys. 1789. *Jun. p.* 447. Chrysolithe du cap de Bonne-Espérance.
Hacquet Schr. berl. Naturf. 4. *p.* 25. *t.* 3. *f.* 17. Kristallisirter Praser.

α) formæ communis.

β) forma prismatis tetraëdri compressi.

Habitat ad Caput Bonæ-Spei & (*prope* Dunglafs) *in* Scotia, *polituram egregie admittens, interdum in porraceum aut olivaceum colorem vergens, formæ communis aut crystallorum utplurimum exilium nitidarum, rarius prismatum rectangulorum tetraëdrorum utrinque in aciem terminatorum quam tabularum, aut hexaëdrarum, aut crebrius tetraëdrarum obliquangularum, ad margines terminales sæpe truncatarum, frequentius in tabulas tetraëdras, fasciculos, farciminum speciem aggregatarum quam solitariarum, transversim fractus minutim granulatus, in fragmenta granularia, rarius in bacillos secedens.*

columnaris. 13. *Z.* prismaticus transverse striatus longitudinaliter diffractus, texturæ fibrosæ transversim lamellosæ.

v. Fichtel & Bindheim Schr. berl. Naturf. 3. *p.* 447, &c. 452, &c.

Habitat (*prope* Schebefch) *in* Transilvaniæ *marmore micante sparsus, prismatibus nunc solitariis, nunc aggregatis, nunc tetraëdris, nunc hexaëdris, utplurimum albis, rarius cærulescentibus, thalassinis aut stramineis, majorem longe quam congeneres* ($\frac{11}{60}$) *terræ calcariæ, minorem aluminaris continentibus.*

Cyanites. 14. *Z.* fragilimus diaphanus nitens ponderosus duriusculus transversim ad chalybem scintillans in festucas longas dissiliens, texturæ lamelloso-radiatæ. *Werner bergm. Journ.* 1790. I. *p.* 164.

Saussure fil. journ. de phys. 1789. *Mart. p.* 213. & *Sage Jul. p.* 39. Sapparre.

Hoffmann bergm. Journ. 1789. I. *p.* 29. Cyanit.

v. Born ind. foss. I. *p.* 33. Basaltes cæruleus.

v. Born Briefe üb min. Gegenst. 7. *p.* 39. *Ferb. n. Beytr. z. Mineralg.* I. *p.* 106. & 3. *mineralog. Briefe p.* 46.

Stütz Abh. der boehm. Privatges. 3. *p.* 332. Blauer Schoerl.

Herrmann chem. Annal. 1789. I. *p.* 224. Aquamarinfarbiger Schoerl.

Habitat in montium Carpathicorum *ramo*, Wallachiam *a* Transilvania *separante, ad montem* S. Gotthardi Helvetiæ, *in provincia* Lugdunensi (*prope* Symphorian) Galliæ, *in* Hispania, Scotia, Tiroli (*ad montem* Greiner,) *in* Austria (*prope* Meissau.) *in* bannatu Temesiensi. (*prope* Saska,) *in montibus* Nert-

ſchinsk Sibiriæ, *in* Saxonia (*prope* Geyer,) *ad* Rheni *ripas prope* Andernacum, *in fragmenta cruſtoſa, interdum in granularia aggregata ſecedens, colore cæleſti intermiſto albidus vel cinereus, lamellis incurvis, frequentius radiis utrisque ſemipellucidis conſtans, his tenuiſſimis, ſparſis, parallelis aut faſciculatis, & majori duritie, & faciliori in igne fluxu a mica & talco ſatis diſtinctus.*

conglomeratus. 15. Z. granulis in quæ ſecedit lævigatis vitrei nitoris concentrice cruſtoſis.
v. Fitchel Karpath. p. 365. 648.
Habitat in collibus, *monti* Hungariæ Pap-Laſſo *vicinis, magnas maſſas conſtituens, jaſpidis venis exaratus. An hujus generis?*

combuſtus. 16. Z. poroſus. *v. Fichtel Karpath. p.* 357. 647. 653.
Habitat in Hungariæ *monte* Schator. *An ex granite liquato natus, albidus aut nigricans?*

quartzoſus. 17. Z. nigricans texturæ æquabilis in fragmenta acuta diſſiliens nitoris pinguis. *v. Fichtel Karpath. p.* 652.
Habitat in Hungaria *prope* Talkobanga *integrum montem conſtituens.*

varius. 18. Z. texturæ vitræ nitoris pinguis nigricans, granulis albis immerſis. *v. Fichtel Beytr. p.* 657.
Habitat in Hungaria *prope* Glashütte. *An hujus generis diſtincta ſpecies?*

argenteus. 19. Z. diaphanus rimoſus coloris argentei. *v. Fichtel Karpath. p.* 659.
Habitat vagus in Hungaria *prope* Peklin.

bohemicus. 20. Z. lamelloſus igne non efferveſcens ſed in vitrum pellucidum confluens. *Fichtel Karpath. p.* 662.
Habitat in Bohemia *prope* Kunyetiz, *inter* Kœniggraez & Pardubiz, *amygdalitæ innidulans.*

39. SCORLUS. Ex terra aluminari & silicea, calcaria & utplurimum calce ferrea conflatus, quibus interdum aliquid magnesiæ albæ & nigræ accedit.

Durus, in fragmenta indeterminata dissiliens, intus nitens, parasiticus.

Cum aqua forti non effervescens, igne facile in vitrum abiens.

granatinus. 1. Sc. albus duriusculus difficilius igne fundendus facile fatiscens.
Gioeni litolog. Vesuv. p. 38. Granati vianchi di Napoli.
T. Bergman de prod. vulcan. opusc. vol. 3. p. 206.
Habitat in Vesuvii potissimum lavis, marmoribus aliisque granatum facie externa æmulans, at ferri expers, nunc vitri instar pellucidus, nunc opacus.

vitreus. 2. Sc. fragilis nitens texturæ minutim conchaceæ facile cum spuma liquandus.
Klaproth Mag. für Helv. Naturk. 1. p. 180. Violetter Schoerl.
Hoffmann bergm. Journ. 1788. 1. p. 54. 261. Thumer Stein.
α) formæ communis diaphanus aut subopacus in fragmenta crustosa sponte secedens.
β) crystallis nitidissimis pellucidis vel semipellucidis subprismaticis, faciebus rhomboidalibus utplurimum longitudinaliter striatis.
Habitat in Saxonia *prope* Thum & Schneeberg, *in* Delphinatu *prope* Bourg d'Oisans, Armentieres & Balme d'Auris, *in montibus* Pyrenæis *prope* Bareges, *in* Norwegia *prope* Kougsberg, *utplurimum caryophyllinus, colore nunc magis in rubrum, nunc magis in violaceum, nunc potius in nigrum vergente, rarius margaritaceus aut ex virescente cinereus, leviusculus.*

tabularis. 3. Sc. canus semipellucidus, tabulis tenuissimis tetraëdris in tabulas crassiores aggregatis. *Hoffm. bergm. Journ.* 1788. 1. p. 57.

Habitat una cum vitreo in Delphinatu *prope* Bourg d'Oisans, *compactus, subnitidus, intus parum micans, texturæ ad planam accedentis, tabularum faciebus lateralibus cylindrico concavis, terminalibus utplurimum subconvexis.*

genuinus. 4. Sc. ponderosus opacus niger, tritura dilute cinerea.
Stangenschoerl.
Syst. nat. I. *p.* 181. *n.* 2. Stannum crystallis columnaribus nigris.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 95. *n.* 3. Borax (Basaltes) lapidosus columnaris politus, pyramidibus triquetris.
Cronst. min. §. 75. 4. Basaltes crystallisatus.
Wall. min. sp. 139. Corneus crystallisatus prismaticus, lateribus inordinatis.
Wall. syst. min. 1. *p.* 319. *n.* 2. Basaltes figura columnari, lateribus inordinatis, crystallisatus.
Habitat in Zeylonæ, Madagascariæ, Hispaniæ, Italiæ, Sabaudiæ, Vallis Tellinæ, Rhetiæ, Helvetiæ, Galliæ *&* *montium potissimum* Pyrenæorum, Cornubiæ, Groenlandiæ, Norwegiæ, Sueciæ, Silesiæ, Moraviæ, Hungariæ, Saxoniæ, Herciniæ *lavis, granitis, gneissis variis; aqua forti fere totus solvendus, ferro interdum adeo dives, ut magneti admotus ejus directionem mutet, nunc formæ communis, in fragmenta granularia, frequentius, & cum etiam facilius in bacillos tenues, rectos parallelos, fasciculatim aut stellatim secedens, nunc forma crystallorum, rarius granatos mentientium quam prismatum, quæ longitudinaliter striata, rarissime acicularia, vulgo mediæ, rarius insignis magnitudinis, crebrius triedra aut enneaedra, utrinque utplurimum in pyramidem triedram terminata quam hexaedra apparent.*

electricus. 5. Sc. excalefactus corpuscula levia altero fine attrahens altero excutiens.
Turmalin.
Systema. nat. XII. 3. *p.* 72. *n.* 4. Borax diaphanus subopacus purpureus maxime electricus.
Wall. syst. miner. 1. *p.* 315. *n.* 6. Zeolites facie vitrea, calefactus cineres aliaque levia corpora attrahens & repellens, electricus.
Act. paris. 1717. *p.* 9. *Flor. zeyl.* 8. *Act. berol.* 1756. *p.* 105. Lapis electricus.
Vogel min. 191. *Act. Stockh.* 1768. *p.* 7. Aschendreker, Trip, Tourmalin.
Habit. in Zeylonæ *fluviis*, Brasilia, Castilia, *insulis* Galliæ *vicinis, in* Groenlandia *montibus* Ural & Nertschinsk,

Sibiriæ, *montibus* Norwegiæ, Sueciæ, Helvetiæ (Grimsel & S. Gotthardi) & Germaniæ e. g. *in monte* Greiner, *prope* Francofurtum *ad* Mœnum, *prope* Selb *in* Franconia, *prope* Ehrenfriedersdorf, Annaberg, Dorfchemniz & Freyberg *in* Saxonia, *gneisso aliisque saxi speciebus innidulans, a quibus sæpe avulsus, & aquarum vi deletis angulis ad fluviorum ripas granorum forma demittitur, alias prismatibus tenuibus sæpe longitudinaliter striatis pyramide tetraëdra terminatis tri- vel enneædris, rarius tetraëdris, hexaedris aut heptaedris, rarius quoque formæ communis in bacillos secedens, subponderosus, texturæ conchaceæ, ut plurimum pellucidus & valde nitens, hinc gemmæ loco habitus, quamvis duritie plurimis ejus speciebus inferior, interdum diaphanus coloris creberrime obscuri, fusci aut viridis, rarius rubri, cærulei aut flavi, igne difficilius liquandus, æquabiliter excalefactus favillæ pulvisculos altera parte attrahens, altera repellens, altera excalefactus, altera refrigeratus utraque attrahens,* P. Hermanno, *quum in Zeylona commoraretur, jam cognitus, ponderis specifici* = 3086 *ad* 3155 : 1000.

ORDO V.

TERRÆ SILICEÆ.

Ex terra silicea præsertim conflatæ, duræ.

40. GEMMA. Ex terra silicea & aluminaris sæpe paulo majori portione conflata, quibus utplurimum aliquid terræ calcariæ & calcis ferreæ accedit.

Macer, intus valde nitens, rarissime opacus vel subopacus, nunquam duriusculus aut mollis, in fragmenta indeterminata dissiliens, parasitica, in tenebris lucens, frictione excalefacta corpuscula leviora trahens.

Alcali igne liquato non solvenda.

Rubinus. 1. G. durissima ponderosa rubra texturæ lamellosæ, directione mutata conchaceæ, coloris in igne & tritura tenacissima, priori non liquanda.

Syst. nat. I. *p.* 165. *n.* 6. XII. 3. *p.* 102. *n.* 6. *β. Mus. Tessin.* 38. *n.* 3. Alumen (gemma pretiosa rubinus) lapidosum pellucidissimum solidissimum rubrum.

Cronst. min. §. 43. *β.* Adamas ruber.

Wall. min. III. *syst. min.* I. *p.* 235. *n.* 2. Gemma pellucidissima duritie secunda, colore rubro in igne permanente.

Just. miner. 377. *Vogel min.* 143. *Baum. min.* I. *p.* 229. Rubinus.

Habitat in Brasilia *&* Oriente, *potissimum regnis* Pegu *&* Zeylon, *duritie spatum fere triplo superans, calcariæ terræ & calcis ferreæ aliquid quoque continens, post adamantem inter gemmas pretiosissima, colore nunc pallidiori, nunc magis saturato cerasino aut in violaceum vergente, rarius dilute roseo aut ex rubro & albo misto, striisque flavis vario, aut partim rubro partim cæruleo rarissime in virescentem vergente, aut variabili, forma prismatis tetraedri aut tabulæ trie-*

dræ, faciebus terminalibus in aciem exeuntibus, aut pyramidis triedræ simplicis, crebrius tetraedræ duplicis, ad margines interdum truncatæ, sæpe quoque angulis aquæ vi detritis forma granorum rotundatorum, sæpe pellucidus, rarius semipellucidus aut opacus.

Saphirus. 2. G. durissima subponderosa cærulea tritura alba texturæ subincurvo-lamellosæ, igne non fundenda, at colorem omnem exuens.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 103. *n.* 6. γ. Alumen lapidosum pellucidissimum solidissimum cæruleum.

Cronst. miner. §. 44. *Just. miner.* 378. *Baum. miner.* 1. *p.* 230.

Vogel. min. 146. Saphirus.

Waller. min. 112. Gemma pellucidissima, duritie tertia, colore cyaneo igne fugaci.

Wall. syst. min. 1. *p.* 237. *n.* 3. Gemma pellucidissima, duritie tertia, colore cæruleo in igne forti fugaci.

Habitat post rubinum pretiosissima & durissima in Brasilia, *in* India, *potissimum regnis* Pegu & Zeylon, *ad* Persicos *fines regni* Russici, *in* Bohemia (*inter* Bilin & Merowiz) & *in* Galliæ *provincia* Velay (*prope* Puy,) *utplurimum libera & angulis detritis rotundata in fluviis eorumque ripis, arena, humo, rarius aliis fossilibus adnata, & tum forma crystallorum transverse striatorum, nunc prismatum hexaedrorum rectangulorum aut tetraedrorum obliquangulorum inæquilaterorum, crebrius pyramidum hexaedrarum simplicium vel duplicium, nunc pellucida & æquabiliter tincta nunc semipellucida, nunc diaphana, nunc nubeculis albis turbida, in igne una cum colore evanidis, (quo casu sæpe pro adamante venit, duritie tamen longe inferior, per ustionem adhuc magis imminuta,) colore nunc æquabili, nunc in crystallis præsertim, apicem versus magis diluto, nunc saturatiori magis & puriori berolinensi, indico violaceo aut lazureo, nunc dilutiori in viridem, flavescentem, cinereum, album vergente, nunc pro vario ad lumen situ variabili, semper aliquid terræ calcariæ & pauxillum calcis ferreæ continens, dum ignis vim experitur, lumen egregium spargens.*

Topazius. 3. G. subdurissima ponderosa flava textura lamellosa transversim fractæ conchacea, igne non fundenda, at fortiore colorem omnem exuens.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 94. 2. *α.* Borax (gemma nobilis Topazius) lapidosus prismaticus pellucidus, pyramidibus truncatis flava.

Mus. Tess. 32. *n.* 14. Nitrum quartzosum coloratum.

Cronst. miner. §. 45. *Just. miner.* 381. *Vogel miner.* 141. *Baum. min.* 1. *p.* 232. Topazius.

Wall. syst. min. 1. *p.* 139. *n.* 4. Gemma pellucidissima, duritie quarta, colore aureo in igne fugaci.

Habitat rarius libera & angulis detritis rotundata quam aliis mineralibus adhuc inhærens & adhærens ac nativæ formæ adhuc particeps, in Sibiriæ *montibus* Uralensibus & Nertschinskensibus, *etiam ad* Persicos *fines imperii* Russici, *in* India *& vicinis insulis, præsertim* Zeylona, *in* Brasilia, Silesia *(prope* Strigonium,) Bohemia *(inter* Bilin & Merowiz,) *& potissimum* Saxonia *(prope* Zinnwalde, Altenberg, Ehrenfriedersdorf & Auersbach,) *formæ interdum communis, tum in fragmenta granularia secedens, crebro prismaticæ, prismatibus longitudinaliter striatis nunc solitariis, nunc geminis aut ternis cruciatim dispositis, nunc aggregatis, rarius tetraedris rectangulis vel obliquangulis quam octaedris inæquilateris, pyramide irregulari raro octaedra, (brasil. tetraedra) aut (sibirica) in aciem terminatis nunc pellucidis, nunc semipellucidis, nunc diaphanis, interdum sat insignibus, flavedine modo dilutiore, modo saturatiore, ut plurimum vini colorem mentiente, at etiam in album cinereum, virescentem, & viridem colorem ipsum vergente, leniori ignis vi in ruborem aliquando abeuntem, ut rubinum simulet, ponderis specifici* = 3531 *ad* 3564 : 1000.

Hyacinthus. 4. G. dura lamellosa pellucida rubedinis sibi propriæ prismatibus tetraedris utrinque pyramide tetraedra terminatis, igne non fundenda colorem amittens.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 85. *n.* 3. *α.* Nitrum lapidosum quartzosum octdecaedrum purpureo-fulvum.

Wall. syst. min. 1. *p.* 240. *n.* 4. 1. Topazius flave rubens.

Just. min. 385. *Vogel min.* 145. *Baum. miner.* 1. *p.* 235. Hyacinthus verus.

T. Bergm. de terr. gemm. §. 7. *de tub. ferrum.* §. 17. *opusc.* 2. *p.* 103. 104. 476. 478. 480. Hyacinthus.

Reuss Orogr. des boehm. Mittelg. p. 148.

Habitat in Oriente & Bohemia, *ejusdem cum topazio duritiei, at minorem terræ siliceæ, majorem* ($\frac{2}{5}$) *aluminaris, calcariæ* ($\frac{1}{7}$) *&* ($\frac{13}{100}$) *calcis ferreæ continens, ponderis specifici* = 3687 *ad* 3760 : 1000.

Alabandica. 5. G. dura pellucida, colore rubro in igne fugaci, igne non fundenda.

Ferber n. Beytr. Z. Mineralg. 1. *p.* 585.

Habitat in Varisciæ *fluvio* Goetsch *prope* Lengefeld, *forma granorum rotundatorum, magnitudine seminis pisi aut fabæ, ustione dealbata hinc inde pro adamante venalis.*

Rubicellus. 6. G. dura, coloris ex rubello in luteum vergentis in igne fugacis, igne non fundenda.

Waller. syst. miner. 1. *p.* 236. *n.* 2. d. Rubinus colore rubeo subflavo.

Habitat in India, *topazio mollior, coloris impuri minus grati.*

Spinellus. 7. G. dura coloris rubri, tritura rubella igne non fundenda.

Waller. syst. miner. 1. *p.* 236. *n.* 2.c. Rubinus colore rubeo subalbo.

Klapr. Schr. berl. Naturf. 9. *p.* 340.

Habitat in India, *coloris sæpe amœni non raro punicei, tum magni æstimata, pondere specifico rubino inferior, topazio mollior, ultra* ¾ *terræ aluminaris, pauxillum calcis ferreaæ, & paucissimam terram calcariam continens.*

Aqua marina. 8. G. dura pellucida lamellosa dilute thalassina igne non fundenda, in fragmenta trapezoïdea dissiliens.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 95. *n.* 2. γ. Borax lapidosus prismaticus pellucidus, pyramidibus truncatis cæruleo-virens.

Cronst. miner. §. 47. *N.* 1. Aqua marina.

Vogel. miner. 146. Beryllus aqua marina.

Waller. syst. miner. 1. *p.* 242. *n.* 5. c. Smaragdus cæruleo viridescente colore.

Habitat in Brasilia, India, *montibus* Sibiriæ Nertschinskensibus, *in* Saxonia (*prope* Schneeberg *et* Eibenstock) *et in* Bohemia (*prope* Gresniz) *topazio proxime affinis, nunc formæ communis, in fragmenta crustosa secedens, nunc crystallorum, topazii crystallis similium, ponderis specifici* = 3521 *ad* 3548 : 1000.

Scorlites. 9. G. subdura subponderosa diaphana coloris ex virescente aut flavescente albi in igne constantis, in igne non fundenda.

Wern. Uebers. v. Cronst. Miner. p. 169. Weisser Stangenschloerl.

T. Bergm. chem. Annal. 1784. 2. *p.* 391. Weisser Schoerl.

Klaproth chem. Annal 1788. 1. *p.* 290. Schœrlit.

Gutanner chem. Ann. 1786. 1. *p.* 525. Weisser. Schœrl aus Brasilien.

Ferber 3 miner. Brief. p. 46. Weisser prismatischer Schœrl.

Habitat in Brasilia *prope* Bonnam *in monte* Godesberg *in* Saxonia *prope* Altenberg *una cum mica et quartzo, ex mera, si paucissimam aquam excipias, terra silicea et aluminari et æquali fere utriusque parte constans, congeneribus mollior, texturæ ex compacta inæquali lamellosæ, nunc formæ communis, in bacillos, tenues, rectos, parallelos secedens, nunc forma prismatis perfecti hexdraei.*

Beryllus. 10. G. dura, coloris ex cæruleo viridis in igne constantis, igne non fundenda, texturæ conchaceæ si transversim frangatur lamellosæ, forma prismatum hexaëdrorum longitudinaliter utplurimum striatorum.

Cronst. miner. §. 42. 2. Beryllus.

Hoffmann bergm. Journ. et Bideneim Schr. berl. Naturf. 10. *p.* 35. &c. 1788. 1. *p.* 253. Beryll.

Gerhard Grundr. p. 286. Aquamarinschœrl.

Habitat in montium Saxoniæ Fastemberg (*prope* Johanngeorgenstadt) *et* Sibiriæ Tigeretskensium, Nertschinskensium, Uralensium, Dauuricorum, *quartzo, granita, wolframo &c. crystallis variæ magnitudinis, nunc diaphanis, nunc pellucidis, rarius solitariis aut geminis, quam aggregatis, interdum fasciculatis, colore nunc ad viridem, nunc ad cæruleum propius accedente rarius in flavum vergente aut variabili, igne turbidus, pauciorem terram aluminarem* ($\frac{6}{25}$) *et calcariam* ($\frac{2}{25}$) *ferrique pauxillum* ($\frac{1}{300}$) *continens; ponderis specifici* = 2250 *ad* 2782 : 1000.

Crysoberyllus. 11. G. dura pellucida viridis intus nitidissima, texturæ conchaceæ.

Walter. syst. mineral. 1. *p.* 244. *n.* 6. c. Crysolithus colores reflectans diversos.

Habitat nunc detritis angulis rotundata, nunc lævissima, hexaedro-vel heptaedro-prismatica, coloris inter tinctum asparagi et olivaceum intermedii, interdum pro situ ad lucem variabilis, in Brasilia, Zeylona *et* Nertscins-*kensibus* Sibiriæ *montibus, ponderis specifici* = 3698 *ad* 3719 : 1000.

Crysolithus. 12. G. subdura pellucida leviuscula coloris viridis in igne fugacis, fortiori fundenda et dum in fluidum statum transit lucem spargens, texturæ conchaceæ.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 94. *n.* 2. *β.* Borax lapidosus prismaticus pellucidus, pyramidibus truncatis, virens.

Cronst. mineral. §. 46. *ε. Waller. miner.* 115. Topazius Chrysolithus.

Waller. syst. miner. 1. *p.* 243. *n.* 6. Gemma pellucidissima, duritie sexta, colore viridi subflavo in igne fugaci.

Just. miner. 384. *Vog. miner.* 147. *Baum. miner.* 1. *p.* 234. Chrysolithus.

Habitat in Brasilia, Zeylona, Sibiriæ *montibus* Nertschinskensibus *et* Uralensibus, Transilvaniæ Szeliczensibus, *comitatu* Glaz *et* (*prope* Schüttenhofen) *in* Bohemia, *nunc detritis angulis rotundata, nunc crystallorum forma* (*et striarum decursu*) *topazium fere æmulans nunc forma prismatum enneædrorum altero fine pyramide tetraedra truncata terminatorum, ignis vi pelluciditate orbanda ponderis specifici* = 3340 *vel* 3410 : 1000.

Smaragdus. 13. G. dura pellucida leviuscula coloris graminei in igne in cæruleum abeuntis, refrigeratæ redeuntis, fortiori liquanda, texturæ conchaceæ.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 95. *n.* 2. *δ.* Borax lapidosus prismaticus pellucidus, pyramidibus truncatis, viridis.

Cronst. miner. §. 48. *Just. miner.* 379. *Vogel. miner.* 145. *Beaum. miner.* 1. *p.* 233. *Waller. miner.* 114. Smaragdus gemma.

Waller. syst. miner. 1. *p.* 241. *n.* 5. Gemma pellucidissima, duritie quinta, colore viridi in igne permanente.

Habitat in montibus inter Ægyptum *et* Æthiopiam *intermediis, in regno* Peruano, *in districtu* Russici *imperii* Oremburgensi, *ad* Persiæ fines, *in* Kirgisarum *terra, in* Norwegia (*prope* Ordal) Bohemia *et* Burgundia *paucam terram siliceam, pauciorem calcariam et parciorem adhuc ferri calcem continens, rarius pomacea, vel auri miculis quasi consita, rarius formæ communis quam crystallorum lævium utplurimum hexaedro-prismaticarum, marginibus interdum truncatis nunc solitariarum, nunc aggregatarum, sæpius ad margines aut laterales, aut terminales, aut omnes, aut ad angulos truncatarum, aut marginibus terminalibus in aciem exeuntibus conspicuarum, post sapphirum pretiosissima.*

Soranus. 14. G. dura pellucida subponderosa recta lamellosa, coloris hyacinthini igne modico persistentis, fortiori paulo facile in scoriam opacam spumidam convertenda.

Cronst. miner. §. 69 A. 2. o. Hyacinthus gemma.
Waller. syst. miner. 1. *p.* 253. *n.* 4. a. b. Gemma granatica, colore igneo & Gemma granatica, colore flavescente.
Habitat in Helvetia, Norwegia, Groenlandia, Sibiriæ *montibus* Nertschinskensibus *et* Uralensibus, Zeylona, Brasilia, *nunc forma granorum rotundatorum in arena aut terra hærens, nunc forma prismatum hexaëdrorum utrinque pyramide triedra terminatorum aliis lapidibus innidulans, spato duplo durior, ab infusis accidis mineralibus fortioribus colorem exuens.*

Granatus. 15. G. dura ponderosa rubra texturæ inæqualis, igne leniori colorem servans, paulo fortiori in scoriam opacam fuscam spumidam abiens.
Syst. nat. I. *p.* 181. *n.* 3. Stannum crystallis tessellatis rubicundis.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 72. *n.* 5. Borax tessellatus solidus politus scintillans.
Vogel miner. 144. *Baum. min.* I. *p.* 238. Granatus.
Cronst. miner. §. 69. A. *et* 70. Granatus martialis et Granatus crocis martis et jovis mixtus.
Waller. miner. 117. Gemma plus minus pellucida, duritie octava, colore obscure rubro in igne permanente.
Woltersd. miner. 32. Stannum polyedrum regulare sub rubrum.
Gronov. suppl. 10. *n.* 42. 43. Stannum polyedrum regulare purpurascens.

α) pellucida.
Waller. syst. miner. I. *p.* 253. *n.* 4. Granatus crystallisatus pellucidus rubens nitens, in igne colorem retinens, lapide liquescente.

β) opaca.
Waller. syst. miner. I. *p.* 252. *n.* 3. Granatus crystallisatus opacus, in igne colorem retinens, fusibilis.
a) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 73. *n.* 6. Borax (Margodes) tessellatus argillaceus opacus.

γ) in fragmenta granularia secedens.
Waller. syst. miner. I. *p.* 250. *n.* 1. Granatus figura indeterminata, particulis granulatis.
Waller. miner. 103. Quartzum granaticum.
Cronst. miner. §. 69. A. 1. Granatus particulis granulatis, figura indeterminata.

δ) in fragmenta crustosa secedens.

Waller.

Waller. syst. miner. I. *p.* 251. *n.* 2. Granatus figura indeterminata, lamellosus.

ε) formæ communis.

ζ) forma granorum, detritis angulis rotundatorum liberorum in fluviis, humo, arena obviorum.

η) forma crystallorum, aliis utplurimum innidulantium, lævium.

a) pyramidis.

α) tetraëdræ duplicis.

*) apicibus truncatis. Fig. 36.

b) pyramidis octaëdræ duplicis.

*) utroque apice pyramide altera tetraëdra depressa auctæ. *Amœn. acad.* I. *p.* 482.

*b) marginibus inter pyramides primitivas et accessorias truncatis, 32edra.

c) pyramidis triedræ, marginibus lateralibus et baseos truncatis. Fig. 37.

d) pyramidis hexaëdræ, marginibus baseos truncatis. Fig. 2.

θ) prismatis hexaëdri.

a) perfecti. *Fichtel von Karpath. p.* 232.

b) utrinque pyramide triedra terminati. Fig. 26.

a) faciebus lævibus.

b) faciebus diagonaliter striatis.

c) marginibus prismatis truncatis. Fig. 32.

d) marginibus omnibus truncatis. Fig. 28.

ι) dodecaëdri. Fig. 11.

Amœn. accad. I. *p.* 482. *t.* 16. *f.* 25.

Habitat innumera etiam coloris in nigrum, fuscum, purpureum, sanguineum, flavum vergentis varietate, in Madacascar, Æthiopia, India *vicinisque insulis*, Syria, Armenia, Sibiria, Islandia, Groenlandia, Lapponia *et plurimis aliis* Europæ, *potissimum quoque* Germaniæ *regionibus, inter quas* Bohemia *eminet, ea in* Transilvania *luxus materies multiplex, ponderis specifici* = 3491 *ad* 4230 : 1000 *majorem, quam congeneres, terræ siliceæ copiam continens. An, huc spectet scorlus ruber?*

41. OLIVINUS. Ex plurima terra silicea, pauciori aluminari et ferri calce constans. In basalte nidulans, intus nitens, formæ utplurimum communis, durus, in aëre fatiscens. In igne difficulter liquandus.

Werneri. 1. O. tinctus diaphanus, texturæ conchaceæ in fragmenta indeterminata dissiliens.
Werner. bergm. Journ. 1790. 7. *p.* 55. Olivin.
Voigt Reis. durch. Weim. u. Eisen. 2. *p.* 108. Grüner Schœrl.
Jos. Mayer Abh. der boehm. Gesellsch. 3. 1787. *p.* 266.
Hoffm. bergm. Journ. 1788. 1. *p.* 242. Chrysolithus.
Habitat in Galliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Lusatiæ, Saxoniæ, Thuringiæ, Fulbæ, Hassiæ, Goettingæ, Rheno *vicinis basaltis, nunc granorum forma, nunc majoribus frustis innidulans, formæ communis, viridis, utplurimum olivaceus, interdum in fuscum colorem vergens, ponderis specifici* = 3225. 1000. *aliquando hyacinthinus in pulverem ochraceum fatiscens.*

vitreus. 2. O. pellucidus vix tinctus, texturæ vitreæ in fragmenta indeterminata dissiliens, superficiebus sphærice convexis.
Voigt Beschr. des Hochst. Fuld. &c. p. 171. Weisse glasige Lava.
Habel in Klipst. miner Briefw. II. 3. *p.* 270. *Gerhard chem. Annal.* 1785. 1. *p.* 57. Müllerisches Glas.
Habitat in Alvernia, Germania (*prope* Francofurtum *ad* Moenum, *inter* Hanoviam *et* Budingam,) *in* Silesia (*heic serpentino insidens*,) *interdum botryoides, aut stillatitius, vitrum simulans in igne lactescens.*

spatosus. 3. O. diaphanus albus texturæ lamellosæ in fragmenta rhomboidalia dissiliens.
Nose orograph. Brief. 1. *p.* 224 Feldspat.
Habitat in basalte Goettingensi *et* Rhenano *ad montem* Mendenberg *Feldspato affinis, at durior et longe difficilius fundendus.*

fibrosus. 4. O. diaphanus albus fibrosus durus nitens.
v. H. miner. Beob. Basalt. a Rhein p. 111.
Habitat ad Rheni *ripas prope* Unkal, *basaltæ innidulans, fragilis.*

42. FELDSPATUM. Ex terra ſilicea plurima, pauciori aluminari, pauciſſima ferri calce et fluoris acido conſtans.

Durum, leviuſculum, nitens, lamelloſum, in fragmenta faciebus tetragonis conſpicua diſſiliens; in argillam fatiſcens; paraſiticum.

Cum aqua forti non efferveſcens, igne facile ſine ebullitione in vitrum pellucidum abiens.

cubicum. 1. F. ex rufeſcente fuſcum, nitoris vitrei, texturæ ſubfeſtucariæ, in fragmenta cubica non ſpecularia diſſiliens, in cruſtoſa ſecedens. *Karſt. bergm. Journ.* 1788. 2. *p.* 809 &c.

Habitat rarius in Saxonia, *formæ communis, diaphanum, aut ſubopacum, congeneribus difficilius in igne fluens.*

vulgare. 2. F. nitoris vitrei texturæ lamelloſæ in fragmenta rhomboidalia diſſiliens, faciebusquatuor ſpeculi inſtarnitentibus.

Syſt. nat. I. *p.* 153. *n.* 6. Spatum fixum ſcintillans.

Cronſt. miner. §. 66. H. Spatum ſcintillans.

Waller. miner. 61. Spatum durum lateribus nitidis ad chalybem ſcintillans.

α) opacum.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 50. *n.* 12. Spatum (campeſtre) fixum opacum rufeſcens ſcintillans.

Cartheuſ. miner. 13. Spatum informe durum ſubdiaphanum.

Waller. Syſt. miner. 1. *p.* 205. *n.* 1. Spatum ſcintillans, opacum, durum, planis regularibus.

β) diaphanum.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 50. *n.* 13. Spatum (ſiliceum) fixum diaphanum album ſcintillans.

Waller. ſyſt. miner. 1. *p.* 206. *n.* 2. Spatum ſcintillans diaphanum, planis minus regularibus.

γ) formæ communis.

δ) forma cryſtallorum.

Waller. ſyſt. miner. 1. *p.* 207. *n.* 3. Spathum ſcintillans cryſtalliſatum.

Cronſt. miner. §. 66. 2. Spatum ſcintillans druſicum.

a) priſmatum.

α) acicularium *Pini ſur des nouv. cryſtall. de feldſpat. Milan.* 1779. 8.

b) parallelipedorum. *Noſe orogr. Br.* 1. *p.* 130.

c) craſſiorum lateribus magis æqualibus.

ꝶ rectangulorum.

† tetraëdrorum. *Voigt bergm. Abhandl.* 1. *p.* 200.

†† hexaëdrorum. *Pini ſur des nouv. cryſt. de feldſpat.*

††† octaëdrorum. *Pini ſur des nouv. cryſt. de feldſpat.*

ꝶꝶ obliquangulorum.

† tetraëdrorum. *Cronſt. miner.* §. 66. 2. α.

†† hexaëdrorum. *Karſt. Lesk. Mineralk.* 1. *p.* 175.

Habitat ubique terrarum *in* montibus primævis, *granitæ porphyrii et gneuſſi genuini partem conſtituens, in argillam porcellanam fatiſcens, utplurimum carneum aut lacteum, interdum ex rufeſcente flaveſcente, cæruleſcente album, rarius olivaceum, thalaſſinum aut cæleſtis coloris, nonnunquam ſuperficie modo luteſcente, ſæpe in fragmenta granularia ſecedens, lamellis rarius incurvis.*

variabile. 3. F. nitoris vivacis coloris pro ſitu ad lucem variabilis texturæ lamelloſæ in fragmenta rhomboidalia diſſiliens, faciebus quatuor ſpeculi inſtar nitentibus.

Schreber Naturf. 24. *p.* 196. d. *Annone Beſch. berl. Naturf.* 3. *p.* 178.

Leske Naturf. 12. *p.* 145. Labradorſtein.

Habitat ſimiliter, uti videtur, tanquam pars granitæ, in inſula S. Pauli, Americæ *maxima ſeptentrionali finitima, rarius in aliis regionibus, in inſula* Ruſſici *imperii* Tunis-Oſtrof, *in montibus* Uralenſibus, *in* Ingria *prope* Petropolin, *in* Italia *et præſertim* Sabaudia, *in* Bohemia *ad* Iſuram, *in* Luſatia *prope* Lœbau, *in* Saxonia *prope* Geyer, *in circulo* Salico *prope* Halam, *fruſtis utplurimum rotundatis, ſcorlum, micam, pyriten innidulantem ſæpe continentibus, ex atro cinereum, diaphanum, vel ſemipellucidum, eximio nitore per polituram mirifice excitando et magis adhuc egregio colorum cæruleorum, viridium, flavorum, rubrorum luſu ſpectabile, ſæpe in fragmenta granularia, rarius in cruſtoſa ſecedens.*

Lunare. 4. F. pellucidum album nitoris eximii, texturæ recte lamellosæ in fragmenta rhomboidalia dissiliens.

Θεοφρας. περι Λιϑ. ὑαλοειδης.

Plinius hist. mund. libr. 37. *c.* 9. 10. Asteria, Astrios, Androdamas.

Brückmann Beytr. 1. *Abh. v. Edelst. p.* 129. Mondstein, Wasseropal.

Dutens des pierr. précieus. p. 111. Pierre de la lune.

Morell. Magaz. für Helvet. Naturk. 2, *p.* 84. Adularia.

Scopol. delic. insubr. 3. *p.* 75. Pedionites.

Habitat in insula Zeylon, *in monte* Delphinatus *ædibus* S. Christophori *vicino*, *in* monte nigro Occitaniæ, *in* Saxonia *prope* Altranstedt, *in* Bohemia *ad* Isuram, *in* Valle tellina *prope* Castion, *præcipue in monte* Sti. Gotthardi, & *potissimum ad montem* Stella, *nunc formæ communis*, *nunc detritis angulis rotundatum*, *nunc tabulas tetraedras*, *nunc prismata*, *frequentius obliquangula*, *tetraedra aut hexaedra repræsentans*, *texturæ interdum ad fibrosam accedentis*, *pro situ ad lucem vario matris perlarum splendorem aut colorem dilute carneum monstrans*, *gemmis adscriptum*.

Oculus cati. 5. F. diaphanum, texturæ ad conchaceam accedentis, fibras parallelas intus monstrans, in fragmenta minus regularia dissiliens.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 69. *n.* 6. γ. *Cronst. min.* §. 55. c. Silex (Opalus) Pseudoopalus (Oculus cati) reflexione varians.

Just. miner. p. 383. Lapis elementaris.

Wall. syst. miner. I. *p.* 282. *n.* 20. Achates plus minus opaca, colores vel lucem diversimode reflectens.

Habitat in Sibiria, Zeylona, *gemmis vulgo adscriptum*, *dubii etiamnum generis*, *partium constituentium mixtione*, *vix enim ultra* ($\frac{1}{12}$) *terræ siliceæ continere*, *testis est Gerhardus*, *lacteo*, *argenteo*, *ochroleuco*, *aureo*, *melleo*, *cupreo*, *rufescente*, *cærulescente*, *thalassino*, *olivaceo*, *virescente*, *ex virescente vel flavescente cinereo*, *ex lutescente vel rufescente fusco*, *fuscescente*, *chalybeo*, *nigricante aut nigro*, *pro vario ad lucem situ vario*, & *in determinato situ arcum luminosum monstrans*, *sæpe semipellucidum*, *hactenus non nisi frustorum rotundatorum forma repertum*.

43. PYROMACHUS. Ex terra filicea, aluminari ($\frac{1}{8}$) & calcaria ($\frac{1}{16}$) conftans.
Durus, diaphanus leviufculus, texturæ conchaceæ, in fragmanta indeterminata valde acutangula diffiliens, rarius in fragmenta concentrice cruftofa fecedens, nitore vix ullo confpicuus, in montibus ftratariis potiffimum obvius, rarius ftrata ipfa conftituens.
Solus igne non liquandus.

cinereus. 1. P. canefcens ad fubopacum accedens, texturæ ad feftucariam accedentis.
Syft. nat. XII. 3. *p.* 68. *n.* 3. Silex (marmoreus) vagus, cortice marmore duro, fragmentis fubdiaphanis canefcentibus.
It wgoth. 73. Silex cinereus.
Habitat vagus, cortice duro marmoreo albo obductus in Lufatia, Lituania, *in monte* Moffeberg Weftrogothiæ *ad petrofilicem accedens. An diftincta hujus generis fpecies?*

ftriatus. 2. P. albus, texturæ ad fibrofum accedentis. *Wall. fyft. min.* 1, *p.* 266. *n.* 7.
Habitat in Angliæ *montibus cretaceis.*

cretaceus. 3. P. tinctus diaphanus, texturæ perfecte conchaceæ.
Syft. nat. I. *p.* 150. Silex cretaceus vagus.
Syft. nat. XII. 3. *p.* 67. *n.* 1. Silex vagus, cortice cretaceo, fragmentis opacis lævibus.
Cronft. min. §. 61. Silex communis Pyromachus.
Wall. min. 77. Silex corneus intrinfece æqualis duriffimus.
Wall. Syft. min. 1. *p.* 262. *n.* 4. Silex opacus, fractura nitens, cretafeus durus.
Wolt. min. 14. Corneus lapis opacus rudis, colore ingrato.
Vogel min. p. 130. Corneus fclopetarius.

Baum. min. I. *p.* 254. Pyromachus f. Silex igniarius.
Hacquet it. carp. fept. I. *g.* 54. *fqq.*
Habitat in Galliae, Angliae, Daniae, Scaniae *campis maritimis vagus, alias forma communi, fruftrorum ungulatorum, perforatorum, granorum, tuberum, globorum, intus nonnunquam cavorum, rarius per ftrata montibus, præfertim calcariis inclufus, hinc toties cortice calcario veftitus, utplurimum fumi colore confpicuus, interdum ex flavefcente cinereus, ochraceus, fufcus, etiam maculatus aut ftriatus; fuperficie nunc inæquali, nunc fcabra, nunc lævi, igni excitando, fclopetis, domibus ftruendis, plateis fternendis, vitro parando, lævigandis variis, &c. inferviens.*

femipellucidus. 4. P. lævis ad femipellucidum accedens.

Syft. nat. XII. 3. *p.* 67. *n.* 2. Silex (Pyromachus) vagus, cortice glabro, fragmentis diaphanis glaberrimis.
Waller. fyft. min. I. *p.* 265. *n.* 6. Silex femipellucidus intrinfece æquabilis, mollior.
Habitat cum cretaceo, rarior tamen, in Gallia, Wirtembergia, Franconia, Islandia, *candidus, melleus, rubefcens, cærulefcens, aut variegatus, ejusdem cum cretaceo ufus.*

cryftallinus. 5. P. pyramide triedra depreffa.
α) duplici. *Werner apud Cronft. min. p.* 137. *Hoffm. berg. Journ.* 1788. I. *p.* 282.
β) fimplici. *Karft. Lesk. Mineralkabin.* I. *p.* 113.
Habitat in Saxonia, α) *prope* Johanngeorgenftadt β) *prope* Schneeberg.

44 PETROSILEX. Ex plurima terra silicea, pauciori ($\frac{1}{5}$) aluminari, paucissima ($\frac{1}{5}$) calcaria constans.

Subdurus leviusculus, in montibus primævis æque ac stratariis obvius, nitoris expers, in fragmenta indeterminata dissiliens, textura festucas referens.

Ignis vi liquandus.

opacus. 1. P. subopacus formæ communis.
Cronst. min. §. 92. Petrosilex, lapis corneus.
α) textura festucas minores referens.
Waller. Syst. miner. I. *p.* 268. *n.* 9. Petrosilex opacus, æquabilis & lævis mollior.
a) coloribus per strata alternantibus.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 71. *n.* 16. Silex (polyzonias) rupestris, stratis diversicoloribus.
β) textura festucas majores referens.
Waller. Syst. miner. I. *p.* 267. *n.* 8. Petrosilex opacus squamosus, facie fere granulari, mollior.
a) colore virescente.*
Syst. nat. XII. 3. *p.* 70. *n.* 12. Silex (virescens) rupestris nudus opacus virescens.
Habitat frequens in Suecia, Germania, *trochitis interdum* (e. g. prope Goettingam) *& crebro aliis fossilibus innidulantibus refertus, hinc inde vagus, creberrime insigni tinctus varietate cinereus, rarius ochroleucus, fuscus, virescens aut variegatus, aliquam nonnunquam polituram admittens.*

diaphanus. 2. P. subdiaphanus formæ communis.
Syst. nat. I. *p.* 150. *Schreb. lithogr.* 14. Silex marmoreus rupestris.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 70. *n.* 11. Silex (Petrosilex) rupestris, cortice lacteo, subdiaphanus.
Mus. Tess. 8. *n.* 5. Silex pseudoachates.
Wall. min. 150. *syst. min.* I. *p.* 271. *n.* 12. Petrosilex semipellucidus compactus mollior.
Woltersd. min. 87. Petrosilex semipellucidus.

Baum. min. I. *p.* 255. Petrosilex jaspideus.
Habitat cum opaco, cinereus albus, ochroleucus, roseus carneus, ex fusco ruber, ex luteo vel rubro fuscus, viridis, variegatus, nitidam sæpe polituram admittens.

crystallinus. 3. P. crystallis scabris, intus crebro cavis. *Beyer chem. Annal.* 1786. I. *p.* 63. & *Beytr.* z. *chem. Annal.* 2. *p.* 190.

α) prismaticis.
a) hexaedris.
a) perfectis.
b) utrinque superficiebus convexis } terminatis.
c) ——— pyramide triedra }
β) cubicis.
γ) tabularibus.
a) hexaedris.
δ) pyramidalibus.
a) duplicibus.
a) tetraedris.
b) triedris.
†) depressis.
b) simplicibus.
ε) triedris minimis acuminatis.

Habitat in Saxonia *prope* Schneeberg, *non primitivus, sed modulo, ut videtur, a spato mutuato, tenui terreo cortice interdum obductus.*

45. JASPIS. Ex terra silicea, pauciori aluminari & ferri calce constans.

Subdurus, opacus, in fragmenta indeterminata dissiliens, texturæ conchaceæ, leviusculus, nunc vagus, nunc montium, prioris quoque ætatis, partem præcipuam constituens, formæ communis.

Igne colorem mutans.

ægyptia 1. J. coloris obscurioris striis stratisve concentricis diversicoloribus picturisque nigris arbuscularum varia.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 68. *n.* 4. Silex (hæmachates) vagus, cortice ochraceo, opacus, concentrico variegatus.

Muf. Teffin. 4. Silex vagus rotundatus concentrico-corticosus.

Cronft. min. §. 60. 6. *a.* Caillon d'Egypte.

Vogel min. 138. Pierre d'Egypte.

Habitat in Ægypto (*prope* Suez,) & Lotharingia (*prope* Freisee,) *monte* Bogolhegi Hungariæ, *forma globi imperfecti aut placentæ scabræ obvia, intus micans, congeneribus durior, coloribus ex luteo fusco, hepatico, isabellino & ex flavescente cinereo, per strias alternantibus varia, egregiam polituram admittens, hinc scatulis pro pulvere nasali, aliisque ejusmodi vasis & ornamentis adhibita.*

fasciata. 2. J. colore per strata alternante intus nitoris expers, texturæ imperfectius conchaceæ.

Waller. syst. min. 1. *p.* 301. *n.* 2. 1. Jaspis variegata fasciata.

Habitat, integra utplurimam strata constituens, in Hercynia, Saxonia (*prope* Wolftiz & Gnantstein *inter* Chemnitiam & Lipsiam,) *in* Sibiria (*prope* Orsk &c.,) *coloribus ochroleuco & subcaryophillino, vario cinereo & cæruleo, cinereo & rubro, viridi & fusco, viridi & albo, viridi & rubro, per strata, rarius curva aut concentrica alternis, quartzo mollior, egregiam utplurimum polituram admittens.*

porcellanea. 3. J. dura intus rimosa, texturæ a conchacea in planam vergentis.

Hoffm. bergm. Journ. 1789. 1. *p.* 390. *Karst. Lesk. Mineralk.* 1. *p.* 160. Porcellanjaspis.

Reuf. Orogr. des boehm. Mittelg. p. 133.

Habitat, integra strata constituens, in Bohemia *prope* Stracke, Schwinschiz, Lessa, Laun, Luschiz, Czernodol, *rarior in* Saxonia *prope* Pluniz, *argillam exsiccatam interna facie referens, & ex argilla ferrifera per incendium lithanthracum indurata proveniens, straminei, cuni, margaritacei aut lavendulacei coloris.*

vulgaris. 4. J. subdura intus micans aut nitens, unicolor, venosa aut maculata.

Cronft. miner. §. 63-65. Jaspis.

α) unicolor.

Syst. nat. I. *p.* 150. *Schreb. lith.* 16. Silex magaceus rupestris.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 71. *n.* 13 & 14. Silex (Jaſpis) rupeſtris nudus opacus cinereus, & ſilex (Rubicator) rupeſtris nudus opacus ruber ſolidus.

Wall. min. 89. 86. Jaſpis unicolor.

Wall. ſyſt. min. 1. *p.* 297. *n.* 1. & *p.* 304. *n.* 5. Jaſpis particulis ſubtiliſſimis unicolor, & Jaſpis opacus particulis diſtinctis, rudis facie granulari.

Cartheuſ. min. 29. Jaſpis rudis.

β) variegata.

Cronſt. §. 64. 1. 2. Jaſpis rubra maculis venisque flavis.

Wall. ſyſt. min. 1. *p.* 299. *n.* 2. Jaſpis particulis ſubtiliſſimis, ſolida, opaca, variegata.

Habitat nunc vaga, nunc aliis incluſa, nunc ſtrata ampliora & partem præcipuam conſtituens in Caucaſo, *montibus* Sibiriæ Tſchircai, Uralenſibus, Nertſchinskenſibus, *in montibus* Giganteis, Saxonicis, Thuringicis, Hercynicis, *per totam* Europam, *frequens quoque in* Oriente, *in* nova Hiſpania, *innumera colorum albi, cinerei, flavi, fuſci, nigri & rubri potiſſimum varietate pluribus ſæpe ſimul, conſpicua, ferri interdum valde dives & tum facili ignis vi liquanda, cupro etiam* (*in* Temeſia) & auro larvato (*in* Hungaria) *aliquando prægnans, eximiam polituram admittens, hinc variis ſculptorum & architectorum operibus inſerviens.*

46. SMIRIS. Ex terra ſilicea & pauciſſimo ($\frac{21}{480}$) ferro conſtans.

Duriſſima, formæ communis, opaca, magnetem ſequens, tritura rubra. Ignis vi non fundenda.

poliens. 1. SMIRIS. *Wiegleb chem. Annal.* 1786. 1. *p.* 492.

Syſt. nat. I. *p.* 176. *n.* 11. Ferrum intractabile ſquamoſo-ſtriatum.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 139. *n.* 17. Ferrum retractorium rubicoſum vitrum arans.

Wall. min. 267. Ferrum mineraliſatum, minera duriſſima rapaci ſolida magneti refractaria.

Wall. ſyſt. min. 2. *p.* 243. *n.* 9. Ferrum mineraliſatum duriſſimum, particulis duriſſimis aceroſis, tritura fuſca aut rubente.

Woltersd. miner. 31. Ferrum amorphum petræ vitrescentis.

Cronst. miner. §. 211. 2. Minera ferri retractoria tritura rubra.

Carth. mineral. 72. Ferrum mineralisatum durissimum fuscum.

Habitat in Oriente, *insulis* Archipelagi, Samo & Naxo, Bohemia, Saxonia (*prope* Schneeberg,) Hispania, *regno* Peruano, *micæ*, *talco*, *saxo grandævo innidulans*, *ex cærulescente nigra*, *interdum cinerea aut grisea*, *ob ferri inopiam & insignem duritiem vix inter ferri mineras connumeranda*, *propter hanc poliendis metallis*, *lapidibus*, *vitro inserviens*, *eum in finem*, *sæpe molendinarum vi*, *in tenerrimum pollen comminuta*.

47. CIRCONIUS. Ex terra silicea, duplo majore (& ultra) sibi propriæ terræ copia & paucissima ($\frac{1}{200}$) calce metallica, partim ferrea partim niccolina constans.

Durissimus, ponderosus, nitore adamantem simulans, parasiticus, lamellosus, lamellis incurvis, crystallinus.

Ignis vi non fundendus.

zeylonicus. 1. CIRCONIUS. *Karsten apud Lempe Magaz. der Berbauk.* 4. *p.* 99. *Klaproth Schr. berl. Naturf.* 9. *p.* 173.

Habitat in insula Zeylon, *forma prismatum tetraedrorum rectangulorum*, *utrinque pyramide*, *tetraedra terminatorum aut pyramidum duplicium tetraedrarum*, *vini flavedine tinctus*, *frequentius ex virescente cinereus aut albus*, *aut ex cinerascente albus*, *colore sæpius in viridem*, *flavum*, *fuscum*, *violaceum vergente*, *gemmæ titulo haud indignus*, *ponderis specifici* = 4416 *ad* 4700 : 1000.

48. AMARUS. Ex terra filicea, pauciori magnefia alba, pauciffima aluminari et calcaria, ferroque ($\frac{1}{10}$) conftans.
Durus, tenax, fubopacus, pinguiufculus, viridis, textura feftucas referens, in fragmenta indeterminata diffiliens, formæ communis.
Ignis vi non fundendus.

amazonicus. 1. AMARUS. *Hœphner Magaz. für die Naturk. Helvet.* 1. *p.* 257.
Waller. fyft. miner. 1. *p.* 302. *n.* 4. Jafpis unicolor, particulis fubtiliffimis vifu & attactu pinguis, durus.
Habitat in Oriente, nova fcelandia, Armenia *meridionali*, *montibus* fabaudicis *et* helveticis, *nunc vagus*, *nunc montium partem præcipuam conftituens*, *colore in cærulefcentem*, *in feftucis prominentibus in lacteum vergente*, *veteribus jam*, *qui varia in eum infculpfere*, *cognitus*, *ab Orientis et novæ* Scelandiæ *incolis variis ornamentorum*, *vaforum*, *armorum generibus adhibitus*.

49. LYDIUS. Ex terra filicea, pauca calcaria, magnefia alba, ferri calce et phlogifto conftans.
Durus, leviufculus, opacus, compactus cinereus aut niger, fchiftofus, formæ communis, in fragmenta indeterminata diffiliens, nunc vagus, nunc montium partem præcipuam conftituens.
Ignis vi non fundendus.

filiceus. 1. L. fubopacus textura feftucas referens, intus nitoris expers.
Syft. nat. XII. 3. *p.* 71. *n.* 15. Silex rupeftris nudus opacus rufus lamellatus.
Waller. fyft. miner. 1. *p.* 299. *n.* 1. g. Jafpis unicolor nigra.
Karften Magaz. für Helv. Naturk. 3. *p.* 219. Hornichiefer.

Habitat in Siberia, Suecia, Saxonia, *prope* (Wilsdruf, Gersdorf, Reichenbach,) Lusatia, Hercynia, *ripa* Rheni *inferiore* (*ad montem* Bruderkunzberg) Helvetia, (*ad montem* Scheidek, *integra montium strata constituens*, *vagus quoque ad fluvios* e. g. Germaniæ *varios*, e. gr. Salam, Werram.

genuinus. 2. L. texturæ planæ interdum ad conchaceam accedentis, intus parumper micans. *Hoffmann bergm. Journ.* 1788. 1. *p.* 293.

Habitat cum silliceo, e. g. *in* Saxonia (*prope* Burkersdorf *et* Reicherbach,) *vagus quoque ad fluvium* Tmolum, *sæpius quartzi venis canis exaratus*.

50. CHLOROGRANATUS. Ex terra silicea, multa ferri calce, sat multa terra calcaria, interdum quoque aluminari constans.

Durus, nunquam opacus aut subopacus, crystallinus.

Igne facile liquandus.

verus. 1. Chl. viridis, igne candente melleus. *Wiegleb chem. Annal.* 1788. 1. *p.* 200. *Voigt mineral. u. bergm. Abh.* 1. *p.* 15. 22.

α) pyramide duplici octaëdra, ad utrumque apicem altera tetraëdra aucta.

β) prismate hexaëdro utrinque in pyramidem triëdram terminato.

Habitat in Bohemia (*prope* Lichtewallestein,) *in* Saxonia (*prope* Ehrenfriedersdorf, Breitenbrunn, Eibenstock, Schwartzenberg,) *in* Franconia (*ad montem* Ehrenberg *prope* Ilmenau) *nunc porri, nunc olivæ virore tinctus*, *nunc diaphanus*, *nunc pellucidus*, *argilla interveniente integra sæpe strata constituens*, *ob facilem in igne fluxum et ferri copiam* ($\frac{1}{4}$) *quam continet*, *in ustrinis ferri mineris adjectus*, *ponderis specifici* = 3754 *ad* 3757 : 1000.

dubius 2. Chl. ruber cubicus. *Westrumb chem. Annal.* 1789. 2. *p.* 26. &c.
Habitat - - - plurimam ($\frac{1}{3}$) *aëre fixo prægnantem terram calcariam, parciorem ferri* ($\frac{1}{10}$) *copiam continens, crystallis exilibus aggregatis, arenario friabili insidentibus. An hujus generis?*

51. ARENA. Ex lapidibus siliceis comminutis nata.

Aspera, dura, sicca, constans granis non cohærentibus; aqua non penetrandis.

Ignis vi sola non fundenda, una cum alcali fixo fusa in vitrum abiens.

* *ex pyromacho comminuto profectæ.*

silicea. 1. A. ex pyromacho nata.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 199. *n.* 14. *Kalm. it.* 1. *p.* 359. *Carth. miner.* 10. Arena silicea.
Habitat in Angliæ *provincia* Buckingham.

* * *ex quartzo progenitæ.*
γ *impuriores.*

Sabulum. 2. A. granis angulatis inæqualibus majoribus.
Syst. nat. I. *p.* 207. *n.* 7. *Mus. Tessin.* 112. Arena heterogenea saxosa e mica, quartzo, spato.
Syst. nat XII. 3. *p.* 198. *n.* 9. Arena heterogenea difformis angulata.
Waller. miner. 34. Arena particulis grossioribus inæqualibus.
Waller. syst. miner. 1. *p.* 106. *n.* 7. Arena saxosa.
Carth. miner. 10. Arena particulis dissimilaribus.
Habitat ubique *in* sterilibus *montosis, rupestribus, directe ex fatiscente granite generata, hinc sæpius immixtæ micæ, feldspati, argillæ particulas monstrans, viis publicis sternendis & cæmento calcario parando inserviens.*

micacea. 3. A. squamulis micæ colore & nitore aurum argentumve referentibus crebris intersitis nitens.

Syst. nat. I. *p.* 208. *n.* 6. XII. 3. *p.* 198. *n.* 11. *Mus. Tessin.* 112. *Gronov. suppl.* 14. *n.* 2. 3. Arena micacea squamosa nitens.
Waller. miner. 37. Arena micans.
Waller. syst. miner. 1. *p.* 105. *n.* 6. Arena micacea nitens.
Carth. miner. 10. Arena nitida.
β) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 198. *n.* 10. Arena (Casserita) quartzosa rotundata subdiaphana mixta particulis micaceis.
Habitat in Suecia, Germania, β) *ad insulam* Casseritam, *nata ex destructis* granitis *et affinibus saxis, abluta, si quam continuerunt, per aquam argilla ex feldspato fatiscente nata, scriptis litteris ornamenti crassa inspersa.*

rustica. 4. A. granis subrotundatis inæqualibus majoribus.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 197. *n.* 8. Arena heterogenea inæqualis subrotundata.
Waller. miner. 33. Arena quartzosa tenuior particulis æqualibus rotundatis.
Carth. miner. 10. Arena grossiuscula quartzosa, particulis angulosis.
Habitat passim in Europa, *imprimis ad littora ævi, pavimentis adspergendis inserviens, particulas lamellosas quasi spatii immixtas continens.*

colorata. 5. A. granis rotundatis minutis subdiaphanis ferri calce tinctis.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 196. *n.* 2. Arena quartzosa rotundata subdiaphana colorata.
β) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 197. *n.* 7. Arena (ochracea) subfarinacea ochracea rufa.
γ) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 197. *n.* 3. Arena (lacustris) quartzosa angulato rotundata diaphana hyalina.
Habitat in America meridionali Europa, *flavescens ad lacuum littora, alias flava, lutea aut testacea, rarius rubra in mari* Baltico Germaniam *versus violacea, litteris adspergendis et ambulacris hortorum pulcrioribus inserviens.*

Glarea. 6. A. granulis minutissimis argillæ pulverulentæ commistis.
Syst. nat. I. *p.* 208. *n.* 1. XII. 3. *p.* 197. *n.* 6. *Mus. Tessin.* 110. Arena subfarinacea pulverulenta impalpabilis apyra.
Waller. miner. 31. Glarea mobilis vulgaris pulverulenta.
Waller. syst. miner. 1. *p.* 87. *n.* 2. Glarea particulis inæqualibus mixta pulverulenta vulgaris.
β) *Waller. miner.* 31. 3. Glarea sterilis fusoria.

Waller.

Waller. syst. mineral. I. *p.* 86. *n.* I. Glarea particulis subtilissimis durior æquabilis.

Habitat in Europæ campis silvaticis *sterilissimis*, *pinetis*, *ericetis*, *sicca mobilissima*, *humida subplastica*, *hæc præsertim si cum aceto in pastam redacta manum prementem dimittat*, *metallis fusis recipiendis inserviens.*

†† *puriores.*

horaria. 7. A. granis majoribus æqualibus rotundis diaphanis albidis.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 197. *n.* 4. Arena (campestris) quartzosa rotunda diaphana pallida.
Waller. miner. sp. 35. Arena quartzosa, particulis æqualibus rotundis.
Waller. syst. miner. I. *p.* 103. *n.* 3. Arena quartzosa, particulis majoribus æqualibus rotundis.
Carth. miner. 10. Arena grossiuscula quartzosa particulis rotundis.
β) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 197. *n.* 5. Arena (margaria) quartzosa rotundata alba superficie subverrucosa.
Habitat in campis *præsertim* silvaticis, *clepsydris adhibita.*

mobilis. 8. A. granis minimis rotundatis diaphanis albis.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 196. *n.* 1. Arena quartzosa rotundata diaphana hyalina.
Waller. miner. sp. 30. Glarea mobilissima impalpabilis fluida albicans.
Waller. syst. miner. I. *p.* 101. *n.* 1. Arena quartzosa mobilissima impalpabilis fluida albicans.
α) *Syst. nat.* I. *p.* 208. *n.* 3. Arena quartzosa vento volatilis.
Carth. miner. 10. Arena subtilis mobilis levis.
β) *Syst. nat.* I. *p.* 208. *n.* 4. Arena quartzosa rotundata æqualis.
γ) *Syst. nat.* I. *p.* 208. *n.* 2. *Mus. Tessin.* 110. Arena quartzosa impalpabilis.
Habitat α. β. *in* Mari & maritimis, γ. *in* scaturiginibus, *sicca a ventis nivis instar in acervos coacta*, *loca mutando plantarum incolentium radices aeri exponit*, *vicinos agros*, *campos*, *vicos suffocat*, *aërem obnubilat*, *elymo & arundine arenariis*, *tritico repente*, *salicum speciebus nonnullis &c. coercenda*, *vasorum metallicorum mundationi & polituræ inserviens.*

52. **QUARTZUM.** Ex terra silicea, paucissima ($\frac{1}{50}$) aluminari et calcaria ($\frac{1}{100}$) constans.

Durum, leviusculum, fragile, intus nitens, in fragmenta indeterminata marginibus acutis dissiliens, sæpius parasiticum, in montibus omnis ætatis obvium in aërem fatiscens.

Solum ignis vi non liquandum, cum alcali fixo in vitrum durum pellucidum ignis vi confluens.

fibrosum. 1. Q. diaphanum albidum fibrosum, fibris crassioribus parallelis, formæ communis.
v. Born. ind. foss. 1. *p.* 21. 2. *p.* 92.
Habitat in Hungariæ *montibus* Carpathicis, & (*prope* Rabischau) silesia, *album.*

foveolatum. 2. Q. superficie foveolis inæquali, formæ communis.
Habitat in Hungaria (*prope* Schemniz,) Bohemiæ (*prope* Ratieborziz,) Saxoniæ (*prope* Freyberg & Schneeberg,) & Sueciæ (*prope* Sunnerskog) *fodinis, utplurimum album, rarius violaceum aut ochraceum, utplurimum diaphanum, interdum opacum, foveolis creberrime cubicis, rarius parallelepipedis aut triedro-pyramidalibus, aut sphæricis aut tabularibus.*

foraminulentum. 3. Q. foraminibus rotundis profundis pertusum formæ communis.
Karst. Lesk. Mineralkab. 1. *p.* 98. 99.
Habitat in Saxonia (*prope* Freyberg) & Hungaria (*prope* Schemniz) *album, canescens, aut ochraceum, foraminibus utplurimum angustis, interdum flexuosis.*

erosum. 4. Q. foveolis & cavitatibus plurimis vacuis exilibus plenum, formæ communis.
v. Born. ind. foss. 1. *p.* 26.

Habitat in Hungariæ *fodinis* Schemnizensibus, *album, violaceum aut obscure virescens.*

cellulosum. 5. Q. lamellosum, lamellis contiguis verticalibus lapidem in cellulas dispertientibus, formæ communis.
Cronst. min. §. 51. C. Quartzum purum textura spatosa.
v. Born ind. fossil. 1. *p.* 25.
Karst. Lesk. Mineralkab. 1. *p.* 19. 98.
α) cellulis simplicibus.
a) trigonis.
b) tetragonis.
c) hexagonis.
d) polygonis.
e) rotundis.
†) minutis. Quartzum spongiosum.
f) in gyros transeuntibus.
β) duplicatis.
Habitat in Sibiria (*prope* Catharinopolin,) Hungariæ (*prope* Schemniz & Neosolium,) Bohemia (*prope* Joachimsthal,) Saxonia (*prope* Schneeberg & Freyberg,) & Palatinatu rhenano, *nunc album, nunc ferri calce magis minusve tinctum.*

lamellosum. 6. Q. lamellosum, lamellis parallelis, formæ communis.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 66. *n.* 5. Quartzum (fissile) lamellatum.
Waller. syst. min. 1. *p.* 215. *n.* 7. Quartzum lamellis compositum.
v. Born ind. foss. 1. *p.* 25. 2. *p.* 91.
Habitat in Hungariæ (*prope* Schemniz) & Bohemiæ (*prope* Mies & Joachimsthal) fodinis, *lacteum, album, violaceum aut fuscum, lamellis sæpius ita coadunatis, ut incisum videatur quartzum, & prouti in celluloso, interdum tenuissimis.*

cristatum. 7. Q. superficie sulcis parallelis teneris exarata, formæ communis.
Karst. Lesk. Mineralkab. 1. *p.* 98.
v. Born ind. foss. 1. *p.* 25. 2. *p.* 91.
Habitat in Saxoniæ (*prope* Freyberg & Schneeberg,) & Hungariæ (*prope* Schemniz) fodinis, *album, violaceum aut ex luteo fuscum.*

globulosum. 8. Q. forma magis minusve rotundata, pellucidum.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 66. *n.* 7. 8. Quartzum (selectum) vagum rotundatum, cortice lævigato, & Quartzum (nobile) vagum rotundatum, cortice glaberrimo nitido.

α) forma globi.
a) perfectioris.
a) densi.
b) intus cavi.
b) imperfectioris.
a) compressi.
β) forma ovi.
a) perfectiori.
b) minus perfecta.
a) ad amygdalæ figuram accedente.
γ) forma renis.
δ) tuberosum.

Habitat nunc vagum ad Asiæ, Africæ, Europæ *aquas dulces, potissimum fluvios, fluviorumque derelictas quoque ripas, nunc aliis laxioribus & durioribus fossilibus impactum* e. g. *in* Hungaria *prope* Schemniz, *in* Lusatia *superiori*, *in* Saxonia *prope* Freyberg, Lipsiam, &c. *ut plurimum album.*

cylindricum. 9. Q. in cylindros secedens.
Wern. Ueberf. Cronst. min. p. 111.
Karst. Lesk. Mineralk. 1. *p.* 105. 106.
v. Born ind. foss. 1. *p.* 25.
α) in cylindros parallelos.
Gerhard Beytr. z. Mineralr. 1. *p.* 82. *n.* 3. Quartzum cylindricum.
β) in cylindros divergentes.
Gerhard Beytr. z. Mineralr. 1. *p.* 82. *n.* 4. Quartzum radiatum.

Habitat in Hungaria *(prope* Schemniz,*) in* Lusatia *(inter* Bischofswerda & Bauzen*) in* Saxonia *(prope* Freyberg,*) & in* Alsatia *(prope* fanum S. Mariæ,*) album, subopacum, cylindris nunc tenuioribus, nunc crassioribus.*

granulare. 10. Q. in fragmenta granularia secedens.
Wern. Ueberf. v. Cronst. min. 1. *p.* 111.
Karst. Lesk. Mineralkab. 1. *p.* 106.
Syst. nat. I. *p.* 47. XII. 3. *p.* 66. Quartzum (cortaceum) granulatum.
Waller. min. 100. *syst. min.* 1. 214. *n.* 6. Quartzum granulatum cohærens.

Habitat granis frequentius exilibus & subtilibus, quam crassis, interdum vagus, in Norwegia, Hispania, Gallia, Saxonia *album, variegatum, virescens, rubrum aut ex luteo fusum, granulis nonnunquam ita dispositis, ut politura accedente luci oppositum* (Avanturino) *egregium fulgorem reflectat.*

stillatitium. 11. Q. ex aqua particulis quartzi impraegnata sensim depositum, saepe alia corpora quasi cortice obducens.

Syst. nat. I. *p.* 191. *n.* 6. XII. 3. *p.* 185. *n.* 9. Stalactites quartzosus granulatus.

Habitat in Islandia (*prope fontem* Geiser,) *in* Suecia *fodina* Grengie, *in* Hungaria (*prope* Ujbanga,) *diaphanus, utplurimum albus, interdum flavescens aut rubellus, saepe ex crystallis exilibus, pyramidem tetraedram duplicem referentibus in crustam cohaerentibus constans. An distincta species?*

fragile. 12. Q. formae communis, textura festucas referens, sponte non in fragmenta secedens.

Systém. nat. I. *p.* 149. *n.* 4. XII. 3. *p.* 66. *n.* 4. Quartzum (opacum) rupestre subopacum.

Wall. min. 102. Quartzum opacum fragile & rigidum.

Wall. syst. min. 1. *p.* 211. *n.* 1. Quartzum fragile rigidum, facie granulari.

Cronst. min. §. 51. B. Quartzum purum textura granulata.

β) System. nat. I. *p.* 149. XII. 3. *p.* 65. *n.* 3. *Mus. Tessin.* 6. Quartzum (lacteum) rupestre album diaphanum.

Waller. miner. 98. *Syst. min.* 1. *p.* 213. Quartzum solidum opacum durissimum aqueo-lacteum.

Habitat in rupibus, *fissuris* montium, *quas explet, nunc subopacum, nunc diaphanum, rarius semipellucidum, utplurimum album, saepius lacteum, interdum dilute virescens aut rubrum.*

Prasius. 13. Q. viride diaphanum textura festucas rudiores referens.

Wall. syst. min. 1. *p.* 279. *n.* 18. Achates pellucida nebulosa viridescens

Cronst. miner. §. 73. 2. *α.* Smaragdmatt.

Habitat vagum aut parasiticum in Ægypto, Silesia (*prope* Cosemüz) Bohemia (*in* Mummelgrunde *ad* Isarum) Saxonia (*prope* Breitenbrunn & Scheibenberg,) & Franconia (*prope* Steinheide,) *colore propius nunc ad smaragdum, nunc ad porrum, nunc ad pistacias, nunc ad olivas accedens, rarius caerulescens aut venis maculisve caerules-*

centibus, albis, rubris, fuscis pictum, nunc formæ communis, nunc forma pyramidum hexaedrorum, rarius forma prismatum hexaedrorum pyramide hexaedra terminatorum, nunc forma tabularum hexaedrarum seriatim in prisma hexaedrum aggregatarum, polituram haud mediocrem admittens, & a multis inter gemmas relatum.

pingue. 14. Q.ᵘ formæ communis contactu pinguiusculum, texturæ ad minutim conchaceam accedentis, in fragmenta sponte non secedens.

α) album.

a) pellucidum.

Syst. nat. I. *p.* 149. Quartzum aqueum.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 65. *n.* 1. *Mus. Tessin.* 6. Quartzum (hyalinum) rupestre hyalinum pellucidum.

Wolt. min. 14. Quartzum diaphanum.

Waller. min. 97. *syst. min.* I. *p.* 212. *n.* 3. Quartzum solidum pellucidum.

Cronst. min. §. 51. 1. A. α. Quartzum purum, particulis impalpabilibus, superficie polita diaphanum.

Carth. min. 20. Quartzum informe diaphanum.

b) diaphanum.

Wall. syst. min. I. *p.* 212. *n.* 2. Quartzum solidum attactu pingue, facie nitente.

Cronst. min. §. 51. 1. A. β. Quartzum purum, particulis impalpabilibus, superficie polita, album.

c) tinctum.

Syst. nat. I. *p.* 149. *n.* 3. XII. 3. *p.* 65. *n.* 2. Quartzum (coloratum) rupestre tinctum.

Wall. min. 99. Quartzum solidum opacum coloratum.

Wall. syst. min. I. *p.* 213. *n.* 5. Quartzum solidum coloratum.

Habitat ubique terrarum, *nitore quoque sæpius pinguedinem referens, non raro acus apice tentatum, in tenebris scintillas lucidas spargens, variis pelluciditatis gradibus conspicuum metallorum calcibus nativis minerisque, frequentissime ferri, rarius cupri, magnesiæ, cobalti, hydrargyri aut argenti nigro, fuscescente, (e gr. prope* Rabensteim *in* Bavaria, *prope* Obersteinbach *in* Franconiæ *finibus*) *roseo, rubro, cæruleo, luteo, viridi, margaritaceo, cinereo, fumi colore perfusum aut arbuscularum imaginibus pictum.*

tabulare. 15. Q. texturæ conchaceæ cryſtallis tabularibus.
Hoffmann bergm. Journ. 1788. I. *p.* 274.
v. Born. ind. foſſ. 2. *p.* 91.
Habitat in Hungaria (*prope* Schemniz) & Saxonia (*prope* Freyberg,) *utplurimum album, rarius obſcure vireſcens, tabulis raro triedris, frequentius rhombicis.*

cubicum. 16. Q. texturæ conchaceæ, cryſtallis cubicis ſæpiſſime intus cavis.
α) faciebus quadratis.
v. Born. ind. foſſ. I. *p.* 21.
Hoffmann bergm. Journ. 1788. I. *p.* 275.
Karſt. Lesk. Mineralkab. I. *p.* 104.
β) faciebus rhombicis.
v. Born. ind. foſſ. 2. *p.* 89.
Karſt. Lesk. Mineralkab. I. *p.* 104.
Habitat α) *in* Suecia (*prope* Helſſekulle) Hungaria (*prope* Cremniz & Schemniz,) & *in* Saxonia (*prope* Schneeberg,) β) *in* Bohemia *prope* Mies) & *in valle* Sabaudiæ Bijoux, *formam a cryſtallo alterius generis nactum, cujus fatiſcentis locum occupavit aut cavitatem internam explevit, aut quam quartzi materies ſenſim indurata obduxit, hinc cryſtallo priori fatiſcente atque eluta cavum, cavitate interna, non raro quoque ſuperficie externa quartzo pyramidali obſeſſa, cryſtallis utplurimum aggregatis & minoribus, albis canis, margaritaceis aut ex fuſco rubris, pellucidis, diaphanis vel ſubopacis.*

octaëdricum. 17. Q. texturæ conchaceæ, pyramide duplici tetraëdra.
Syſt. nat. XII. 3. *p.* 102. *n.* 4. Alumen (quartzoſum) lapidoſum quartzoſum extus nigrum.
Hoffmann bergm. Journ. 1788. I. *p.* 275.
Habitat in Saxonia *prope* Schneeberg, *canum, margaritaceum aut ex fuſco rubrum, formam ſuam eadem ratione nactum, qua cubicum, crebro intus cavum.*

triedrum. 18. Q. texturæ conchaceæ, pyramide triedra ſimplici.
v. Born ind. foſſil. 2. *p.* 88. 89.
Habitat in Suecia (*prope* Heslekulle) *et in* Saxonia (*prope* Schneeberg,) *cryſtallis aggregatis, ſæpe inanibus, interdum pellucidis, rufeſcentibus aut albis.*

pyramidale. 19. Q. texturæ conchaceæ pyramide hexaëdra ſimplici tranſverſim ſtriata.

Wern. Ueberf. v. Cronft. Mineral. p. 110. 113.
v. Born. ind. foff. 1. *p.* 22.
Hoffmann bergm. Journ. 1788. 1. *p.* 268–273.
Karft. Lesk. Mineralkab. 1. *p.* 102. 103.
α) pyramide perfecta.
v. Born ind. foff. 1. *t.* 2. *f.* 10.
β) pyramide ad apicem truncata.
v. Born. ind. foff. 1. *t.* 2. *f.* 2.
γ) pyramide ad apicem altera hexaëdra aucta.
δ) pyramide ad apicem & bafin altera hexaëdra aucta.
Habitat in Helvetia, *in* Ducatu Bipontino, Hungaria (*prope* Schemniz,) Silefia (*prope* Prieborn & Krummendorf,) Bohemia (*prope* Przibram,) Saxonia (*prope* Geyer, Mutfchen, Gersdorf, Freyberg, Shneeberg,) Hercynia (*prope* Andreasberg,) & Anglia (*prope* Briftol,) *rarius opacum, quam pellucidum, creberrime album, interdum pallide rubrum, flavefcens aut ex rubro flavefcens, cryftallis utplurimum in granorum renis gemmæ formam aggregatis, nonnunquam cavæ chalcedonii fphæræ inclufis.*

Pfeuda-damas. 20. Q. texturæ conchaceæ pyramide hexaëdra duplici non ftriata.
α) pyramide perfecta. Fig. 3.
Syft. nat XII. 3. *p.* 84. *n.* 2. ε. *Muf. Teffin.* 30. *n.* 1. Nitrum (Cryftallus) cryftallis acaulibus utrinque pyramidatis.
Waller. fyft. miner. 1. *p.* 218. *n.* 9. c. Cryftallus montana utrinque accuminata fine prifmate.
v. Born ind. foff. 1. *p.* 23.–25. 2. *p.* 90. 91.
β) bafeos communis marginibus truncatis. Fig. 2.
a) regulari.
Syft. nat XII. 3. *p.* 84. *n.* 2. δ. Nitrum (Cryftallus) cryftallis fubacaulibus utrinque pyramidatis.
b) faciebus omnibus inæqualibus.
v. Born ind. foff. 1. *p.* 25. *t.* 2. *f.* 13. Quartzum cryftallifatum dodecaëdrum, planis irregularibus.
c) bafi communi obliqua.
γ) pellucidum.
Bocc. muf. t. 304. Iris.
a) particulis opacis inclufis.
δ) opacum.
Habitat in Hungaria, *prope* Felfobanya, Shemniz & (*potiffimum*) *in comitatu* Marmoros, *in* Carniolia (*in montibus* Slivenza,) Bohemia (*prope* Schlakenwald & Ratiborziz,) *in* Lufatia *fuperiori in* Saxonia (*prope* Freyberg & Schneeberg,) *in* Hercynia (*prope* Stolberg, Lauten-

thal, Wildenmann,) *in* Ducatu Bipontino, (*prope* Berschweiler,) *in* Anglia (*prope* Bristol Buxton & *in provinciis* Cornubia (Northumberland.) & *in* Jemtia Sueciæ, *creberrime album*, *interdum rufescens aut nigrescens*, *rarius intus cavum*, *crystallis minoribus*, *non raro liberis*, *crebro quoque adnatis & inter se cohærentibus*, *in renis interdum aut gemmæ formam aggregatis*.

Cryſtallus. 21. Q. album pellucidum, texturæ conchaceæ, priſmate hexaedro tranſverſe ſtriato.
Bergkriſtall.

Syſt. nat. I. *p.* 163. *n.* 2. XII. 3. *p.* 84. *n.* 2. *Muſ. Teſſin.* 30. *n.* 10. Nitrum lapidoſum quartzoſum octdecaedrum hyalinum.

Waller. miner. 104. *Scheuchz. it.* 243. *t.* 6. *Welſch hecaſt.* 1. *p.* 54. *Worm. muſ.* 99. *Wolff. haſſ. t.* 1. *f.* 1. 4. 6. Cryſtallus hexagona non colorata.

Waller. ſyſt. miner. 1. *p.* 217. *n.* 9. Cryſtallus montana hexagona pellucida aquea.

Cronſt. miner. §. 52. 2. δ. Quartzum cryſtalliſatum diaphanum aqueum.

Gesn. figur. 21. & 18. *f.* 1. 2. *Rumpf. muſ. t.* 52. *f.* 5. 3. 4. Cryſtallus montana.

α) priſmate oblique truncato.
v. Born ind. foſſ. 2. *p.* 89. *t.* 1. *f.* 4. Quartzum cryſtalliſatum, columna hexaedra oblique truncata.

β) priſmatis fine alterutro in pyramidem triedram terminato.
v. Born. ind. foſſ. 2. *p.* 89. Quartzum cryſtalliſatum, columna hexaedra tranſverſim crenata, apice triedro.
Karſt. Lesk. Mineralk. 1. *p.* 102.

γ) priſmatis fine alterutro terminato in pyramidem hexaedram non ſtriatam.
Waller. ſyſt. miner. 1. *p.* 217. *n.* 9. a. Cryſtallus montana apice unico.

a) duobus priſmatibus communem. *Andr. Br. a. d. Schweiz. p.* 55.
b) duplicem. *Born ind. foſſ.* 1. *t.* 2. *f.* 9. *Andr. Br. a. d. Schweiz. p.* 53.
c) regularem.
d) faciebus alternis majoribus.
e) facie una omnes reliquas ſuperante. *Andr. Br. a. d. Schweiz. t.* 11. *f.* h.
f) faciebus omnibus inæqualibus.

δ) priſmatis fine utroque terminato, in pyramidem hexaedram non ſtriatam. Fig. 1.

Baum. min. 1. *p.* 231. *Wall. syst. min.* 1. *p.* 222. *n.* 10. d. Pseudotopazius.

Pseudo-chrysolithus. ζ. porraceum. *Baum. min.* 1. *p.* 236. *Wall. syst. min.* 1. *p.* 222. *n.* 10. g.

Pseudo-smaragdus. η. gramineum. *Wall. syst. min.* 1. *p.* 222. *n.* 10. f.

Pseudo-beryllus. ϑ. cyaneum. *Baum. min.* 1. *p.* 236.

Pseudo-sapphirus. ι. cæruleum. *Baum. min.* 1. *p.* 231.

Habitat cum crystallo, β. & ι. *reliquis frequentius, & insignis quoque interdum magnitudinis, omnes varietates pro gemmis hinc inde veniunt, a quibus tamen longe minori duritie & splendore, diversa penitus crystallorum forma dignosci facile possunt.*

Amethystus. 23. Q. violaceum, texturæ formæ pelluciditatis variæ.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 85. *n.* 3. δ. Nitrum (Fluor) violaceum.

Just. min: 380. *Vog. miner.* 142. *Baum. miner.* 1. *p.* 235. Amethystus.

Cronst. min. §. 52. D. 2. γ.

Wall. syst. min. 1. *p.* 221. *n.* 10. b. Crystallus colorata violacea.

Habitat in Hungariæ (*prope* Schemniz,) Silesiæ, *comitatus* Glaz, Bohemiæ, Saxoniæ (*prope* Wiesenbad, Drehbach, Marienberg, Heidelberg, Schneeberg, Wolkenstein, Cunersdorf, Schlotwiz & Halsbach,) Palatinatus & Ducatus Bipontini, Sueciæ, novæ Hispaniæ, Zeylonæ *montibus ac fodinis, nunc vagum, frustis rotundatis, nunc adnatum, sæpe cavis chalcedonii globis inclusum, formæ communis aut forma pyramidum simplicium hexaedrarum, quarum basis non raro prismatis hexaedri oblique striati vestigio aucta est aut evidentiori prismate hexaedro sustinetur, colore violaceo nunc saturatiori, nunc dilutiori in eadem sæpe crystallo diverso, interdum in lacteum cinereum, rubrum, fuscum, rarius in pomaceum aut olivaceum vergente, aut vario, nunc pellucidum, nunc semipellucidum, nunc diaphanum, texturæ alias conchaceæ, alias festucariæ, alias divergenti-fibrosæ, sæpe sponte in fragmenta anguloso-crustosa, aut granularia, aut in bacillos secedens, ponderis specifici interdum* = 2750 : 1000.

Pseudo-crystallus. 24. Q. opacum prismate hexaedro utroque aut alterutro fine in pyramidem hexaëdram terminato.
Systema. nat. XII. 3. *p.* 85. *n.* 3. 2. Nitrum (Fluor) opacum.
Cronst. min. §. 52. D. 1. Crystallus montana opaca.
Wall. syst. min. 1. *p.* 216. *n.* 8. Quartzum rude crystallisatum.
Habitat in Hungaria, Carniolia, Bohemia, Saxonia, Suecia, Barbaria, *crystallis nunc liberis, nunc adnatis, griseis, variegatis, nigris, lacteis, rubris.*

53. CHALCEDONIUS. Ex terra silicea, paucissima aluminari ($\frac{4}{25}$–$\frac{1}{60}$) interdum quoque ($\frac{1}{10}$) calcaria, & ferreæ calcis vestigio constans.

Durus, leviusculus, intus nitens in fragmenta indeterminata marginibus acutis dissiliens, compactus, in aëre non fatiscens, texturæ magis minusve perfecte conchaceæ, nunquam opacus, tenax, polituram egregiam admittens, utplurimum formæ communis.

Ignis violentiam eludens.

Cacholonius. 1. Ch. lacteus subdiaphanus ignis vi opacus.
Cronst. min. §. 57. 3. *a* Kachelong.
Wall. syst. min. 1. *p.* 272. *n.* 13. Achates opalina tenax fractura inæquali.
Habitat vagus in & ad Bucharıæ & Mongoliæ *fluviis, in insulis* Feroë & Islandia, *genuini stratis inclusus,* Palatinatu, *Calmuccis ad formanda ex eo simulacra atque imagines inserviens.*

genuinus. 2. Ch. cinereus texturæ planæ, formæ communis, non sponte in fragmenta secedens.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 69. *n.* 8. Silex vagus subdiaphanus cornei coloris, concentrice varius.

Cronst. miner. §. 57. 3. γ. *Baum. min.* 1. *p.* 252. Chalcedonius.

Waller. miner. 80. *syst. min.* 1. *p.* 275. *n.* 15. Achates vix pellucida nebulosa, colore griseo mixta.

Habitat nunc vagus, nunc amygdalitæ innidulans, nunc achatæ partem potissimam constituens, rarius nunc globi cavi intus crystallis alius generis referti figura in venis per montium strata reptantibus ad Nili *ripas in* Ægypto, *in* Zeylon, *& reliquis* Orientis *partibus, in* Sibiria, *insulis* Feroë, Islandia, Scania, *in* Saxonia *superiori (prope* Chemniz, Mutschen, Planiz, Gersdorf *&* Freyberg) *& inferiori (prope* Ilefeld *&* Brunsvicam,) *& in* Thuringia (*ad montem* Schneekopf,) Palatinatu *& reliquis terris* Rhenanis, Carinthia, Franconia, Bohemia, Silesia (*prope* Bunzlau *&* Groswaldiz,) Hungaria (*prope* Caschau, Boinick) Pedemontio, Hetruria, *alba, colore nunc margaritaceo, nunc infumato, nunc ex flavescente, virescente aut cærulescente cinereo, utplurimum semipellucidus, rarius diaphanus, superficie utplurimum inæquali, textura interdum ad conchaceum accedente, rarius ad festucariam.*

cæruleus. 3. Ch. cæruleus, texturæ planioris semipellucidus, formæ communis non sponte in fragmenta secedens.

Habitat in insulis Feroë *&* Islandia, Scotiæ *littora*, Saxonia (*prope* Rochliz,) Bohemia, Palatinatu, Ducatu Bipontino, Hungaria, Transylvania, *colore nunc magis ad cinereum aut lacteum, nunc propius ad cæruleum accedente, nunc inter violaceum & lavendulaceum intermedio aut sapphirino, ceterum genuino similis.*

niger. 4. Ch. niger, luci obversus obscure sanguineus, texturæ planioris, subdiaphanus.

Werner Uebers. v. Cronst. p. 139.

Hoffmann bergm. Journ. 1787. 1. *p.* 283.

Habitat in Saxonia *prope* Chemniz, *porphyrio innidulans.*

fuscus. 5. Ch. fuscus texturæ nunc planioris, nunc conchaceæ diaphanus.

Wall. syst. min. 1. *p.* 274. e. Carneolus fuscus.

Habitat ad Sibiriæ *fluvium* Tom, *vagus, in* Saxonia *prope* Chemniz *porphyrio innidulans.*

luteus. 6. Ch. luteus, texturæ ex plana in conchaceam vergentis.
Waller. syst. miner. I. *p.* 273. *n.* 14. d. Carneolus flavescens.
Habitat in Sibiriæ *fluvio* Tom *vagus, in* Zeilona, Hungaria (*in valle* Brunova *montibus* Carpathicis *contermina,*) Saxonia (*prope* Gersdorf & Chemniz) *colore propius nunc ad vini, nunc ad ceræ, nunc ad mellis tinctum accedente.*

Carneolus. 7. Ch. sanguineus semipellucidus, texturæ conchaceæ.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 69. *n.* 9. Silex vagus diaphanus unicolor ruber.
Waller. miner. 79. *syst. miner.* I. *p.* 273. *n.* 14. *Cronst miner.* §. 58. *α. Baum. miner.* I. *p.* 251. Carneolus.
Woltersd. mineral. 14. Corneus lapis diaphanus polituram admittens ruber.
β) *Syst. nat.* I. *p.* 197. XII. 3. *p.* 179. *n.* 3. *Mus. Tessin.* 80. *n.* 5. Aetites (Hæmachates) siliceus embryonibus fixis crystallinis nitri quartzosi.
Breyn monogr. Lips. 1722. 4. Melo montis Carmel.
Imper. nat. 740. *Myl. sax.* 2. *p.* 5. Uterus crystallinus.
Habitat in Oriente, e. g. Zeylon, Sibiria, *ad fluvios* Tom, Jeligna, Aijan & Ologna, Armenia, Palæstina, Ægypto, Silesia, Bohemia (*prope* Tarnau,) Lusatia (*prope* Kœnigsbrück,) Saxonia (*prope* Chemniz & Rochliz) & Palatinatu, *colore nunc dilutiori, nunc saturatiori, nunc æquabili, nunc inæquabili, utplurimum semipelucidus, rarius diaphanus, crebrius nubeculis turbidus, frequentissime, formæ communis, rarius globi intus cavi & quartzi crystallis referti forma conspicuus.*

sardus. 8. Ch. pallidus punctis guttisque sanguineis varius.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 68. *n.* 5. Silex vagus, cortice ochraceo subdiaphanus intricato variegatus.
Cronst. mineral. §. 60. δ. Gemma divi Stephani.
Karst. Lesk. Mineralkab. I. *p.* 145. Punctagat.
Waller. syst. miner. I. *p.* 274. *n.* 14. f. Carneolus albescens punctulis rubris.
Habitat in India, Sardinia, Palatinatu (*prope* Oberstein,) *Margraviatu* Badensi *nunc cinereus, nunc lacteolus, rarius fuscus.*

dendriticus 9. Ch. pallidus arbuscularum imaginibus saturatioribus pictus. *Cronst. miner.* §. 59. β. & §. 60. γ. Mochus, Pierre de Mocca. *Waller. syst. miner.* I. *p.* 285. *n.* 22. l. Achates figurata.
Habitat in insula Zeylon, Sina, Arabia, Islandia, Normannia, Palatinatu Rhenano, *Ducatu* Bipontino, *albus vel cinereus, imaginibus nigris, fuscis, rubris aut viridibus, magni, potissimum in* Oriente, *æstimatus.*

maculatus. 10. Ch. maculis colore & pelluciditatis gradu diversis insignitus.
Habitat in insulis Zeylon, *Ducatu* Bipontino, Feroe & Palatinatu rhenano (*prope* Oberstein,) e. g. *vini colore conspicuus maculis obscurioribus, margaritaceus aut ex luteo fuscus annullis lacteis, lacteus, maculis nigris aut rubris sanguineus maculis fuscis aut lacteis, ex cinereo, gramineo & olivaceo aut ex fusco, rufescente & lacteolo colore varius.*

fasciatus. 11. Ch. fasciis colore & pelluciditatis gradu distinctis.
Habitat in insulis Zeylon, Feroe & Islandia, Bohemia, Saxonia (*prope* Schlotwiz, Palatinatu rhenano (*prope* Oberstein) & *Ducatu* Bipontino, *nunc cinereus subpellucidus fasciis lacteis diaphanis, rarius roseis aut viridibus, nunc cærulescens aut sanguineus fasciis albis cinereisve, angustioribus, latioribus, æqualis, inæqualis latitudinis, parallelis confluentibus, rectis angulosis, undulatis.*

Onix. 12. Ch. in fragmenta concentrice crustosa colore & pelluciditatis gradu diversa secedens.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 69. *n.* 7. Silex vagus stratis diversicoloribus.
Cronst. miner. §. 56. *Baum. miner.* I. *p.* 253. Camehuja, Memphites.
Waller. miner. 81. *syst. miner.* I. *p.* 276. *n.* 16. Achates vixsemipellucida fasciis & stratis diverse coloratis ornata.
β) *Cronst.* §. 59. 5. α. Sardonyx.
Habitat in Oriente, *ad fluvium* Tom Sibiriæ, *rarius in* Silesia, Bohemia, Lusatia (*prope* Kænigsbrück,) Saxonia (*prope* Zwickau,) & *Ducatu* Bipontino, *fragmentis nunc tenuioribus, nunc crassioribus, colore nunc cinereo & nigro, nunc albo, carneo & nigro, nunc sanguineo & albo,* (Sardonix,) *nunc albo et cinereo* (Chalcedonix,) *cereo & melleo, alternantibus, congenerum fere durissimus, ignis vi color & exuens & in fragmenta dissiliens, inter gemmas sculptas Veterum frequens.*

13. Ch.

stillatitiles. 13. Ch. ex aqua ejus principiis gravida præcipitatus.
α) includens aut incrustans alia corpora.
a) lichenes & alia vegetabilia. *Ferber bergmænn. Nachr. &c. p.* 75. *v. Born. ind. foss.* 1. *p.* 28.
b) crystallos, hinc crystallorum facie apparens. *Bruckmann chem. Ann.* 1786. 2. *p.* 488. & 1790. 1. *p.* 99. *Karst. Lesk. Mineralkab.* 1. *p.* 118.
c) alia fossilia. *Karst. Lesk. Mineralkab.* 1. *p.* 117.
β) globosus, globis undique nodosis cavis.
γ) reniformis.
δ) botryoides.
ε) cylindricus, cylindris.
a) solidis.
b) intus cavis.

Habitat in insulis Feroë, & Islandia *in montibus* giganteis Bohemiæ, *in* Saxonia (*prope* Schneeberg, Gersdorf, Freyberg,) *in* Thuringia (*prope* Hohenstein,) *in Ducatu* Brunsvicensi, Palatinatu rhenano, & *vicinis terris, in* Franconia (*principatu* Baruthino,) Carinthia (*prope* Huttenberg, Hungaria (*prope* Boinick) αa) *in comitatu* Grumbacensi *ad* Rhenum, & *in* Hungaria (*prope* Lehotca *ad* Cremniz,) αb) *in* Transilvania, Saxonia (*prope* Freyberg,) Alvernia Galliæ, *textura interdum ad fibrosam accedente.*

crystallinus. 14. Ch. cærulescens, forma prismatum hexaedrorum divergentium. *v. Fichtel von Karpath. p.* 138.
Habitat in Transilvaniæ *valle prope* Tatareschol, *jaspidi luteæ involutus.*

viridis. 15. Ch. semipellucidus texturæ planioris viridis.

Habitat rarior in insulis Feroë, *colore nunc ad gramineum, nunc ad æruginosum propius accedente.*

Chrysopratus. 16. Ch. viridis intus vix nitens subsemipellucidus, texturæ planioris.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 85. *n.* 3. η. Nitrum (Fluor) viride pallidius.
Cronst. miner. §. 46. ζ. Chrysopras.
Lehmann act. Berol. ad 1755. *p.* 200.

Habitat aliis fossilibus, in strata dispositis innidulans non adnatus in Silesia (*prope* Gracche & Cosemuz, Bohemia (*prope* Tarnau, & *in* Mummelgrund *ad* Isaram & Westphalia (*ad montem* Altenberg *prope* Stachlau,) *rarius*

duriusculus, utplurimum duritie ad smaragdum accedens, nunc semipellucidus, nunc ferre diaphanus, creberrime pomaceus, rarius gramineus, dilute porraceus aut olivaceus, vel ex virescente cinereus, aut albus, præter consueta chalcedonii principia calcis nicolinæ quoque pauxillum continens, cui tinctum suum debet.

Heliotropius. 17. Ch. diaphanus texturæ conchaceæ viridis punctis guttisque sanguineis opacis notatus.

Waller. syst miner. 1. *p.* 300. *n.* 2. g. Jaspis variegata obscure viridis, punctulis rubris.

Cronst. miner. §. 64. 1. a. Jaspis pura viridis punctis rubris.

Habitat in Ægypto, Sibiria, Islandia, Bohemia (*ad montes* giganteos) & Franconia (*ad montem* Steinhauk *prope* Obersteinbach,) *texturæ nunc perfectius nunc imperfectius conchaceæ, colore sæpius porraceo, interdum dilutius viridi, vel ad æruginosum aut olivaceum propius accedente, punctis guttisque inspersis majoribus vel minoribus rarioribus vel magis confertis, sæpius etiam maculis & lineolis olivaceis vel ochraceis insignitus.*

Chalcedonii *species fere omnes semigemmarum nomine multis venientes, gemmarum loco, sigillis, simulacris aliis ornamenti generibus inserviunt, gemmarum sculptarum e Veteribus relictarum princeps materies.*

54. ADAMAS. Ex terra ſilicea & - - - conſtans.
Subponderoſus, duriſſimus, lamelloſus, intus nitorem egregium ſibi proprium monſtrans, in fragmenta indeterminata diſſiliens, paraſiticus, in tenebris eximie lucens, frictione excalefactus, corpora leviora trahens.
In igne crepitans, pelluciditatem exuens, tandem coruſcando in bullas & vaporem reſolutus.

pretioſiſſimus. 1. ADAMAS.
Syſt. nat. I. *p.* 165. *n.* 6. XII. 3. *p.* 102. *n.* 6. α. *Muſ. Teſſin.* 38. *n.* 3. Alumen lapidoſum pellucidiſſimum ſolidiſſimum hyalinum.
Cronſt. miner. §. 42. A. α. Adamas gemma.
Vogel miner. 137. Adamas.
Juſt. miner. 376. *Baum. miner. p.* 225. Damant.
Waller. miner. 110. Gemma pellucidiſſima, duritie ſumma, colore aqueo, igne perſiſtens, octaedra turbinata.
Waller. ſyſt. miner. 1. *p.* 230. *n.* 1. Gemma pellucidiſſima omnium duriſſima, pulveriſata nigreſcens.
α) forma cryſtallorum.
a) priſmatum.
a) hexaedrorum.
†) utrinque pyramide triedra terminatorum, faciebus omnibus convexis.
††) utrinque pyramide hexaedra terminatorum.
b) octaedrorum.
†) pyramide irregulari truncata terminatorum faciebus priſmatum ipſorum inæqualibus.
††) faciebus terminalibus in aciem exeuntibus.
b) pyramidum duplicium.
a) tetraedrarum.
b) triedrarum depreſſarum ſcabrarum faciebus convexis, ad ſingulos baſeos communis angulos pyramide tetraedra auctarum.
β) forma rotundata.

ORDO VII.

TERRÆ AGGREGATÆ.

Ex terris prægressorum ordinum aggregatis conflatæ.

56. GRANITES. Ex partibus, quarum plures crystallorum forma conspicuæ, nullo intermedio cæmento cohærentibus, ordine nullo determinato aggregatis compositus, texturæ potissimum granulatæ.

Montium primævorum, altissimorum incatenis cohærentibus medium constituentium materies præcipua & nucleus.

Durus, lente fatiscens.

simplex. 1. Gr. ex feldspato & quartzo compositus.

Syst. nat. I. *p.* 187. *n.* 10. XII. 3. *p.* 75. *n.* 14. Saxum (merense) cotaceum spatosum rufescens, granis quartzosis hyalinis.

Habitat in montibus Sabaudicis (*vagus prope* Genevam,) Helveticis (e. gr. *ad* Grimsel) Nassavicis (*prope* Sonnenberg,) Sibiricis (*ad fluvium* Neiwa) & Scoticis (*prope* Port soy) *nunc hac nunc illa parte dominante, feldspathi partibus ita interdum cum quartzo diaphano combinatis, ut litteras syriacas referant.*

genuinus. 2. Gr. ex feldspato, quartzo & mica compositus.

Syst. nat. I. *p.* 187. *n.* 11. XII. 3. *p.* 76. *n.* 19. Saxum spatosum quartzosum micaceumque rufescens.

Cronst miner. §. 268. 10. 2. Granites durus.

Hasselq. it. 526. Petra Mosis.

Waller. syst. miner. 1. *p.* 407. Saxum quartzo, spato scintillante & mica in diversa proportione mixtis compositum.

β) fatiscens.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 76. *n.* 20. Saxum (fusorium) micaceum quartzosum spatosumque subfriabile.

Cronst. miner. §. 268. 10. ‡. Granites particulis constans parum cohærentibus.

γ) *Syst. nat.* I. *p.* 186. *n.* 6. XII. 3. *p.* 78. *n.* 31. Saxum ungermannicum.

δ) *Syst. nat.* I. *p.* 185. XII. 3. *p.* 77. *n.* 26. *it. scan.* 165. Saxum montanum.

Habitat vulgatissimus in montibus primævis (*licet aliquando secundarius*) totius terrarum orbis, *vagus quoque in* planitiebus, *innumerabili duritiei, proportionis, distributionis, coloris partium constituentium varietate, accedentibus non raro alienis adhuc* e. g. *scorli, hornblendæ, granati crystallis steatitæ, amari, argillæ particulis aucta, igne violento liquescens, ut tamen quartzum intemeratum permaneat, feldspato sæpius carneo, quartzo utplurimum albo, rarius virescente, egregiam interdum polituram admittens, hinc jam a multis retro seculis architecturæ elegantiori, & variis ornamentorum generibus adhibitus.*

Syenites. 3. Gr. ex feldspato, quartzo & horblenda compositus.
Plinius histor. mund. l. 36. *c.* 8. Syenites.
Hoffmann. berg. Journ. 1788. 2. *p.* 506.
Karsten Lesk. Mineralkab. 2. *p.* 12.

Habitat in Ægypto, Græcia, Norwegia, Saxonia, Hercynia, Suevia, Stiria, *nunc rudius, nunc subtilius aut minutius granulatus, partibus, quibus constat, diversissima proportione mixtis, quartzo & feldspato utplurimum albis, hornblenda nigra, aut ex atro viridi.*

scorlinus. 4. Gr. ex feldspato, quartzo & scorlo compositus.
Edelfeld. nov. act. Stockh. 1784. *p.* 103.
Anonym chem Annal. 1785. 2. *p.* 21. Granites basalticus.
Habitat in Sueciæ *passim*, Silesiæ (*prope* Friedeberg,) Helvetiæ *montibus.*

granaticus. 5. Gr. ex feldspato, quartzo & granatis compositus.
Edelf. nov. act. Stockh. 1784. *p.* 103.
Hoepfn. Mah. fur Helv. Naturk. 1. *p.* 281.
Habitat in Sueciæ, Helvetiæ *montibus.*

viridis. 6. Gr. ex feldspato, quartzo & amaro compositus.
Hoepfn. Mag. fur Helv. Naturk. 1. *p.* 281.
Habitat in Helvetia & Sabaudiæ *montibus.*

talcosus. 7. Gr. ex feldspato, quartzo & talco compositus.
Anon. chem. Annal. 1785. 2. *p.* 23.
Habitat in Austria *superiori* (*prope* Linz).

micaceus. 8. Gr. ex feldspato & mica compositus.
Sauss. voyag. dans les alp. 1. *p.* 183.
β) *Syst. nat.* I. *p.* 164. *n.* 6. *Mus. Tessin.* 36. Muria saxi ex mica spatoque.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 76. *n.* 21. Saxum (fatiscens) spatosum micaceumque salsum fatiscens.
Waller. miner. 166. Saxum in aëre deliquescens nitrosum.
Waller. syst. miner. 1. *p.* 409. *n.* 3. k. Granites fuscus aëre destructibilis.
Habitat rarissimus in Helvetia & Silesia, *vagus prope* Genevam & Vesuvium, β) *in* Finlandia & Gotlandia.

calcarius. 9. Gr. ex feldspato & spato calcario conflatus. *Gioen litolog. Vesuv. p.* 49. 51. 71.
Habitat circa Vesuvium, *fragilis, vix duriusculus, cum acidis effervescens, non raro scorlum, aut unacum mica argillam, aut micam, aut utrumque, admixta sibi habens; an hujus generis?*

grandævus. 37. Gr. ex mica & hornblenda compositus.
Syst. nat. I. *p.* 189. *n.* 20. XII. 3. *p.* 79. *n.* 35. Saxum micaceum spatosum nigricans, particulis decussantibus ferreis.
Cronst. miner. §. 267. 9. Saxum compositum mica & hornblenda.
β) Saxum viridi-cærulescens. *It. scant.* 21.
Habitat, rupestris quoque, in Helvetiæ & Sueciæ *montibus variis, in monte* Hennebergiæ, Ehrenberg, *in* Bohemia *prope* Orpar, *non raro venis ferri dives, obsure virens, utplurimum in* Sueciæ *ustrinis* Smolandicis *ferri mineris lacustribus ad facilitandum fluxum additus.*

scoriaceus. 10. Gr. ex feldspato & scorlo compositus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. 1. *p.* 279.
Habitat in Helvetiæ *montibus, circa* Vesuvium, *accedente non raro mica, aut hornblenda.*

squamosius. 11. Gr. ex feldspato & hornblenda compositus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. 1. *p.* 279.
Habitat in Helvetiæ *montibus, in* Zeelandia, *accedente interdum quoque mica, aut scorlo.*

granati- 12. Gr. ex feldſpato & granatis compoſitus.
nus. *Gioeni litolog. Veſuv. p.* 68.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. 1. *p.* 279.
Habitat in Helvetiæ *montibus*, & Seelandia, *in* Veſuvio.

nitens. 13. Gr. ex feldſpato, granatis & mica compoſitus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. 1. *tab.* 3.
Habitat in Helvetiæ *montibus.*

tricolor. 14. Gr. ex feldſpato, granatis & ſcorlo compoſitus.
Gioeni litolog. Veſuv. p. 64. 67.
Habitat circa Veſuvium, *admiſtis interdum quoque mica & olivinis.*

dichrous. 15. Gr. ex feldſpato, ſcorlo granatino & genuino compoſitus.
Gioeni litolog. Veſuv. p. 70. 75.
Habitat circa Veſuvium.

albo-fuſ- 16. Gr. ex feldſpato, ſcorlo granatino & mica compoſitus.
cus. *Gioeni litolog. Veſuv. p.* 71.
Habitat circa Veſuvium.

elegans. 17. Gr. ex feldſpato, granatis & actinoto compoſitus.
Gioeni litolog. Veſuv. p. 69.
Habitat circa Veſuvium.

micans. 18. Gr. ex feldſpato, mica & ſcorlo compoſitus.
Gioeni litolog. Veſuv. p. 73. 75.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. 1. *p.* 281.
Habitat in Helvetiæ *montibus &* Veſuviæ *nunc mica, nunc ſcorlo dominante, nunc majoribus, nunc minoribus particulis immiſtis, interdum granatis immerſis.*

lamello- 19. Gr. ex feldſpato, mica & hornblenda compoſitus.
ſus. *Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk.* 1. *p.* 281.
Habitat in Helvetiæ *montibus, nunc hac, nunc illa dominante, particulis majoribus minoribusve immiſta.*

cretaceus. 20. Gr. ex feldſpato mica & creta compoſitus.
Gioeni litolog. Veſuv. p. 45.
Habitat circa Veſuvium.

Gioeni. 21. Gr. ex feldſpato, granatis & hornblenda compoſitus.
Gioeni litolog. Veſuv. p. 75.
Habitat circa Veſuvium.

varius. 22. Gr. ex feldſpato, actinoto & ſcorlo compoſitus.
Gioeni litolog. Veſuv. p. 62. 63.
Habitat circa Veſuvium *intermiſtas interdum micæ nigræ aut hornblendæ lamellas aut priſmata oſtendens.*

leucomelas. 23. Gr. ex feldspato, actinoto & hornblenda compositus.
Gioeni litolog. Vesuv. p. 63.
Habitat circa Vesuvium.

muriaticus. 24. Gr. ex feldspato, mica et amaro compositus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. 1. *t.* 3.
Habitat in Helvetiæ *montibus.*

serpentinus. 25. a) Gr. ex feldspato, serpentino & quartzo compositus.
Fichtel Karpath. p. 310.
Habitat in Transilvaniæ *montibus*, *facile in argillam fatiscens.*

Garpenbergensis. 25. b) Gr. ex quartzo dominante mica conpositus.
Syst. nat. I. *p.* 186. *n.* 4. XII. 3. *p.* 75. *n.* 18. Saxum cotaceum quartzosum album, fragmentis illinitis mica alba.
Cronst. miner. §. 260. 2. 1. Saxum compositum particulis quartzosis & micaceis distinctis.
β) micæ lamellis aureis vel argenteis ita inspersis, ut politus egregio nitore refulgeat (Avanturino).
γ) *Syst. nat.* I. *p.* 188. *n.* 23. XII. 3. *p.* 78. *n.* 30. Saxum metaliferum.
Habitat in Sueciæ (*prope* Garpenberg) *venas cupri ferens*, Silesiæ, (*prope* Giaren, Saxoniæ, Helvetiæ *montibus* Vesuvio, β) *vagus in* Hispania, Saxonia (*prope* Dresdam *ad* Albim).

bicolor. 26. Gr. ex quartzo, mica & scorlo compositus.
Hoepfn. Magaz. fur Helv. Naturk. 1. *p.* 281.
Habitat in Helvetiæ *montibus.*

corneus. 27. Gr. ex quartzo, mica & hornblenda compositus.
Hoepfen. magaz. Helv. Naturk. 1. *p.* 281.
Habitat in Helvetiæ *montibus.*

triplex. 28. Gr. ex quartzo, mica & granatis compositus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. 1. *p.* 281.
Habitat in Helvetiæ *montibus.*

glacialis. 29. Gr. ex quartzo, mica & amaro compositus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. 1. *p.* 281. 282.
Habitat in Helvetiæ & Sabaudiæ *montibus altissimis.*

inconspicuus. 30. Gr. ex quartzo, & hornblenda compositus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. 1. *p.* 279.
Habitat in Helvetiæ *montibus*, *etiam prope* Altenberg *in* Saxonia.

helveticus. 31. Gr. ex quartzo, hornblenda & granatis compositus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. I. *p.* 281.
Habitat in Helvetiæ *montibus.*

variegatus. 32. Gr. ex quartzo, hornblenda & amaro compositus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. I. *p.* 281.
Habitat in Helvetiæ *montibus.*

capillaris. 33. Gr. ex quartzo pellucido & actinoti spiculis compositus.
Herrmann chem. Annal. 1788. 2. *p.* 416. Haarstein.
Habitat vagus in Sibiriæ vallibus uralensibus, *prope* Genevam, *inter* Brixiam & Brandsol & *alibi in* comitatu Tirolensi, *inter* Feistriz & Carnowiz Stiriæ, *inter* Borkersdorf & Frauenstein & *alibi in* Saxonia, *ad montem* Fichtelberg, *egregiam polituram admittens, actinoti spiculis nunc viridibus, nunc flavicantibus, nunc rubellis, nunc obscure rubris, nunc nigris.*

melaleucos. 34. Gr. ex quartzo & scorlo compositus.
Waller. syst. miner. I. *p.* 406. *n.* I. Saxum ex quartzo & basaltico lapide mistum.
Hopfn. Magaz. Helv. Naturk. I. *p.* 279.
Habitat in Helvetiæ, Sueciæ *montibus.*

Hoepfneri. 35. Gr. ex quartzo, hornblenda & scorlo compositus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. I. *p.* 281.
Habitat in Helvetiæ *montibus.*

efflorescens. 36. Gr. ex quartzo, scorlo & amaro compositus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. I. *p.* 281.
Habitat in Helvetiæ *montibus, sale amaro efflorescente interdum dives.*

tirolensis. 37. Gr. ex quartzo, scorlo & granatis compositus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. I. *p.* 281.
Anonym. chem. Annal. 1785. 2. *p.* 22.
Habitat in Helvetiæ & Tirolis (*prope* Zillerthal) *montibus.*

bavaricus. 38. Gr. ex quartzo & granatis compositus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. I. *p.* 279.
Anonym. chem. Annal. 1785. 2. *p.* 22.
Habitat in Helvetiæ, Sueciæ (*prope* Sunnerskog & Sala,) Saxoniæ (*prope* Hartmansdorf,) Austriæ (*prope* Goettweia,) Hungariæ,) Tirolis & Bavariæ *montibus vallibusque conterminis, etiam fodina* Temesiensi (*prope* Dogneska) *granatis rubris, quartzo cinereo aut virescenti, rarius gramineo.*

durissimus. 39. Gr. ex quartzo, granatis & amaro compositus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. 1. *p.* 281.
Habitat in Helvetiæ & Sabaudiæ *montibus.*

talcifer. 40. Gr. ex quartzo dominante & talco compositus.
Storr Alpenreis. 2. *p.* 278. 289.
Habitat in Vallis Tellinæ (*prope* Clavennam) & Rhætiæ (*prope* Marmels) *montibus, ille ferri ochra flavescens.*

splendidus. 41. Gr. ex quartzo & miculis pyritæ micæque ferreæ inspersis compositus.
Bloch & Bruckmann Schr. berl. Naturf. 1.
Habitat vagus in Marchia Uckerana, *politus egregie nitens.*

homogeneus. 42. Gr. ex mica, hornblenda & scorlo compositus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. 1. *tab.* 3.
Habitat in Helvetiæ *montibus.*

nitidulus. 43. Gr. ex mica & hornblenda compositus.
Gioeni litolog. Vesuv. p. 53. 54.
Habitat prope Vesuvium *granatos non raro immersos continens.*

Zillensis. 44. Gr. ex mica & scorlo compositus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. 1. *p.* 279. 280.
Anon. chem. Annal. 1785. 2. *p.* 23.
Habitat in Hlvetiæ *montibus, & valle* Zillerthal, *inter* Tirolin & Salzburgum *intermedia, scorli cryſtallis nunc majoribus, nunc minoribus, interdum electricis.*

granatifer. 45. Gr. ex mica & granatis compositus.
Gioeni litolog. Vesuv. p. 53.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. 1. *p.* 279.
Habitat in Helvetiæ, Carinthiæ, Hungariæ, Saxoniæ, Sueciæ, Italiæ *montibus.*

montanus. 46. Gr. ex mica, scorlo & granatis compositus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. 1. *tab.* 3.
Habitat in Helvetiæ *montibus.*

virescens. 47. Gr. ex mica, scorlo & amaro compositus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. 1. *tab.* 3.
Habitat in Helvetiæ *montibus.*

radiatus. 48. Gr. ex mica & actinoto compositus.
Hoepfn. Magaz. Naturk. 1. *p.* 281.
Habitat in Helvetiæ *montibus, præsertim* S. Gotthardi.

olivinus. 49. Gr. ex mica & olivinis compositus.
Gioeni litolog. Vesuv. p. 54. 55.
Habitat circa Vesuvium.

chlorosti- 50. Gr. ex scorlo & olivinis compositus.
ctus. *Gioeni litolog. Vesuv. p.* 65. 66.
Habitat circa Vesuvium.

gemma- 51. Gr. ex granatis & olivinis compositus.
ceus. *Gioeni litolog. Vesuv. p.* 68.
Habitat circa Vesuvium.

similaris. 52. Gr. ex granatis & scorlo compositus.
Gioeni litolog. Vesuv. p. 63. 68.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. 1. *tab.* 2.
Habitat in Helvetiæ *montibus*, *vagus circa* Vesuvium, *admixta interdum mica.*

affinis. 53. Gr. ex scorlo granatino & genuino compositus.
Gioeni litolog. Vesuv. p. 70.
Habitat circa Vesuvium.

montium. 54. Gr. ex granatis, scorlo & hornblenda compositus.
Hoepfn. Mag. Helv. Naturk. 1. *tab.* 3.
Habitat in Helvetiæ *montibus.*

bractea- 55. Gr. ex granatis & hornblenda compositus.
tus. *Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk.* 1. *p.* 279.
Habitat in Helvetiæ *montibus.*

argenta- 56. Gr. ex granatis, mica, & spato compositus.
tus. *Gioeni litolog. Vesuv. p.* 49.
Habitat circa Vesuvium.

lamella- 57. Gr. ex mica & spato compositus.
tus. *Gioeni litolog. Vesuv. p.* 48.
Habitat circa Vesuvium.

lucidus. 58. Gr. ex actinoto & spato compositus.
Gioeni litolog. Vesuv. p. 60.
Habitat circa Vesuvium, *an potius amygdalites?*

asbesti- 59. Gr. ex asbesto & marmore conflatus.
nus. *Gioeni litolog. Vesuv. p.* 48.
Habitat circa Vesuvium, *vix hujus generis.*

57. **GNEISSUM.** Ex partibus ſæpe quoque cryſtallorum forma conſpicuis nullo intermedio cæmento cohærentibus, interdum per ſtrata alternantibus compoſitum, texturæ ſchiſtoſæ, rarius fibroſæ.

In montibus ætate ad graniteos quam proximæ accedentibus obvius, ſtratis ejus quoque ſæpius granitæ ſuperincumbentibus.

Durus, apyrus, non fatiſcens.

fornacum. 1. Gn. quartzo dominante & mica compoſitum.

Stallſten. *Syſt. nat.* I. *p.* 187. *n.* 15. XII. 3. *p.* 79. *n.* 33. Saxum arenoſo micaceum fiſſile cinereum, interſtinctis atomis quartzoſis micaceiſque.

Cronſt. miner. §. 260. Saxum compoſitum paticulis quartzoſis & micaceis.

Waller. ſyſt. miner. 1. *p.* 410. *n.* 5. Saxum quartzo & mica mixtum fiſſile.

β) *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 77. *n.* 27. Saxum (mareſtrandenſe) micaceum quartzoſum fiſſile, micis albis nitidiſſimis ſubimpalpabilibus.

γ) *Syſt. nat.* I. *p.* 188. *n.* 17. XII. 3. *p.* 77. *n.* 25. Saxum (Roeroſienſe) micaceum nigro micaceo alboque quartzoſo-cotaceo alternatis.

δ) *Syſt. nat.* I. *p.* 186. *n.* 8. XII. 3. *p.* 75. *n.* 15. Saxum (decuſſatum) cotaceum quartzoſum incarnatum micis ſparſis atris erectis decuſſantibuſque.

ε) *Waller. ſyſt. miner.* 1. *p.* 411. *n.* 6. Saxum quartzo & ſteatite mixtum fiſſile.

ζ) *Syſt. nat.* I. *p.* 187. *n.* 13. XII. 3. *p.* 77. *n.* 24. Saxum (tritonium) micaceum ſubfiſſile incarnatum, granis quartzoſis.

Habitat innumerabili proportionis, combinationis, diſtributionis, coloris, duritiei varietate in novæ Seelandiæ, Norwegiæ, Sueciæ, Bohemiæ, Carinthiæ, Tirolis *montibus, etiam pyrenæis, fundo fornacum fuſoriarum, architecturæ aliquando etiam elegantioris operibus egregie inſerviens.*

micaceum. 2. Gn. ex mica dominante & quartzo compoſitum.
Glimmerſchiefer. *Werner. Claſſif. d. Gebirgsart. p.* 10. §. 9. *Voigts Br. uber Gebirgs. p.* 15. *n.* 4. Glimmerſchiefer.

Habitat in Luſatia & Thuringia (*prope* Ruhla,) *hic integros montes conſtituens, argentum colore & nitore æmulans, micæ lamellis tenerimis denſe ſibi incumbentibus, egregie nonnunquam in tabulas tenues rectas fiſſile, tum tectis inſerviens, quartzo per venulas aut granula, aut ſtrata ampliora intermiſſo.*

alpinum. 3. Gn. ex quartzo, mica & granatis compoſitum.

Syſt. nat. I. *p.* 187. *n.* 12. XII. 3. *p.* 77. *n.* 22. Saxum micaceum ſubfiſſile cinereum, granis granatinis quartzoſiſque.

Cronſt. mineral. §. 261. Saxum compoſitum mica quartzo & granato.

Waller. ſyſt. miner. I. *p.* 412. *n.* 7. Saxum quartzo, mica & granatis mixtum, fiſſile.

β) *Syſt. nat.* XII. 3. *p.* 77. *n.* 23. Saxum (granoſum) aceroſum ſolidum atrum, granis granatinis.

γ) *Syſt nat.* I. *p.* 187. *n.* 14. XII. 3. *p.* 78. *n.* 28. Saxum (punctatum) micaceum fiſſile incarnatum, granis granatinis.

δ) *Syſt. nat.* I. *p.* 188. *n.* 19. XII. 3. *p.* 80. *n.* 36. Saxum impalpabile micaceum quartzoſum ſubferreum, granis granatinis.

It. wgoth. 73. Saxum clangoſum.

Habitat in ſummis Europæ e. gr. Lapponiæ, Norwegiæ, Sueciæ, Saxoniæ, Luſatiæ, Sileſiæ, Bohemiæ, Moraviæ, Stiriæ, Carinthiæ, Salisburgi, Tyrolis, Helvetiæ, Sabaudiæ, *etiam* Carpathicis, *montibus, mica utplurimum argentea, nunc dominante, nunc æquabiliter diſtributa, nunc vix conſpicua, granatis crebrius rubris, quam fuſco, nunc formæ communis & inſignibus, nunc formæ cryſtallinæ minoribus, nunc minimis, nunc frequentioribus, nunc rarioribus, laminis, in quas finditur interdum undulatis, lapidis molaris loco, modo quartzum dominatur, eximie inſerviens, accedente nonnunquam ſcorlo, talco aut feldſpato nova varietate nata.*

ſcorlinum. 4. Gn. ex quartzo, mica & ſcorlo compoſitum.

Habitat in Sabaudiæ (*prope* Calhanches,) Helvetiæ (e. gr. *in monte* S. Gotthardi,) Hungariæ (*prope* Schemniz, *auri argentique venas includens*,) Bohemiæ (*prope* Ratieborziz,) Saxoniæ (*prope* Geyer,) Norwegiæ *montibus & fodinis*.

Altenbergenſe. 5. Gn. ex quartzo, mica ſcorlite compoſitum.
Habitat in Saxonia (*prope* Altenberg,) *ſtanni venas fovens.*

radians. 6. Gn. ex quartzo, mica & actinoto compoſitum.
Cronſt. mineral. §. 261. 33.
Waller. ſyſt. miner. 1. *p.* 413. *n.* 8. Saxum quartzo, mica & baſalte mixtum fiſſile.
Habitat in Jemtia Sueciæ (*prope* Handoel).

Saxonum. 7. Gn. ex quartzo, mica & feldſpato conſtans.
Werner. Claſſif. d. Gebirgsart. p. 8. §. 8. Gneiſs.
Voigt Brief. u. Gebirgsl. p. 13. *n.* 2. Gneuſz.
Habitat in Sileſiæ, Bohemiæ, Saxoniæ, Hennebergæ, Helvetiæ, Sabaudiæ *montibus*, *rarius in* carpathicis, *mica crebrius dominante, feldſpato minimam partem efficiente, ſæpius interdum fere omni in argillam fatiſcente, alias innumerabili proportionis, & coloris partium conſtituentium varietate conſpicuum.*

Bornii. 8. Gn. ex quartzo, mica & argilla compoſitum.
Born. ind. foſſ. 1. *p.* 153. 2. *p.* 147. Gneiſſum.
β) argilla martiali.
Syſt. nat. XII. 3. *p.* 74. *n.* 12. *It. ſcan.* 80. Saxum (novaculare) cotaceum albo-micaceum incarnatum ſubſtriatum.
Cronſt. miner. §. 262. 4. 1. Saxum compoſitum mica, quartzo & forſan argilla martiali, particulis diſtinctis.
Habitat in montibus matalliferis Temeſienſibus (*inter* Moldava & Saska, *prope* Dognaska,) Hungaricis (*prope* Neoſolium & Hodritſch,) Bohemicis (*prope* Catharinaberg, Orpes, Ratiborziz, Graupen, Platte & Joachimsthal,) Saxonicis (*prope* Geyer & Freyberg,) & Suecicis (*prope* Carlscrona, β) *in* Scania Sueciæ, *coticulæ loco ad acuendos enſes & cultros adhibitum.*

Jemticum. 9. Gn. ex quartzo, mica & ſteatite compoſitum.
Edelf. nov. act. Stoch. 1784. *p.* 93.
Habitat in Jemtiæ *montibus altioribus, lente fatiſcendo a congeneribus diſcrepans.*

ſpatoſum. 10. Gr. ex quartzo, ſcorlo & feldſpato compoſitum.
Anonym. chem. Annal. 1785. 2. *p.* 23.
Habitat in Saxonia *prope* Halbendorf.

topasinum. 11. Gn. ex quartzo, scorlo et topazio compositum.
Werner Classif, Gebürgsart. p. 15. §. 18. Topasfels.
Habitat ad Schneckenstein *prope* Auerbach *in* Voitlandia.

corneum. 12. Gn. ex quartzo et hornblenda compositum.
Syst. nat. I. *p.* 156. *n.* 4. Talcum particulis impalpabilibus lamellis parallelis.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 53. *n.* 8. Talcum (lamellare) lamellatum fragili-durum glaberrimum subdiaphanum.
Waller. miner. 138. Corneus fissilis, lamellis parallelis.
Waller. syst. miner. 1. *p.* 358. *n.* 2. Corneus rigidus non nitens apparenter lamellis parallelis.
Hoffm. berg. Journ. 1788. 2. *p.* 507. *et Karst. Leck. Min.* 2. *p.* 17. Hornblendschiefer.
β) *Syst. nat.* I. *p.* 156. *n.* 5. XII. 3. *p.* 54. *n.* 11. Talcum (Coriaceus) membranaceum flexuosum rigidum.
Waller. miner. 136. Corneus mollior superficialis contortus.
Habitat in Suecia *et* Saxonia (*prope* Voigtsberg, Dorfchemniz, Groshartmansdorf, Miltiz,) & Lusatia, *strata integra efficiens, ex virescente atrum, aut ex atro viride, tritum ex virescente cinereum, duriusculum, textura radiata, in fragmenta discoidea dissiliens, micæ atomis interdum immistis, aut granatis.*

argillosum. 13. Gn. ex quartzo et argilla compositum.
v. Fichtel Karpath. p. 275.
Habitat in montibus Carpathicis.

cotianum. 14. Gn. ex ardesia & mica compositum.
Syst nat. XII. 3. *p.* 79. *n.* 34. Saxum schistosum fissile fuscum, atomis micaceis oblique truncatum.
Cronst. miner. §. 262. 4. 2. Saxum compositum mica, quartzo & forsan argilla martiali, particulis minoribus.
Waller. syst. miner. 1. *p.* 417. *n.* 11. Saxum schisto & mica mixtum.
Habitat in Norwegia, Suecia, *duriusculum, igne liquescens, incolis ad poliendos cultros inserviens, hinc vix hujus generis.*

steatiticum. 15. Gn. ex steatite & mica conflatum.
Cronst. miner. §. 263. 5. Schneidestein.
Storr Alpenr. 2. *p.* 269. 285. 289.
Habitat in Norwegiæ, Sueciæ, Tirolis, Rhætiæ, Bohemiæ, Hungariæ *montibus, muris fusoriorum furnorum & si in tabulas tenues findatur, tectis, eximie inserviens, mollis, an igitur hujus generis.*

granati- cum. 16. Gn. ex ſcorlo genuino, granatis & feldſpato compoſitum.
Gioeni litolog. Veſuv. p. 64.
Habitat circa Veſuvium.

bicolor. 17. Gn. ex ſcorlo & feldſpato compoſitum.
Gioeni litolog. Veſuv. p. 72.
Habitat circa Veſuvium.

olivinum. 18. Gn. ex mica, granatis & olivino compoſitum.
Gioeni litolog. Veſuv. p. 54.
Habitat circa Veſuvium.

lucidum. 19. Gn. ex mica & hornblenda compoſitum.
v. Fichtel Karpath. p. 276. 279.
Habitat in Sueciæ *&* Carpathicis *montibus.*

triplex. 20. Gn. ex mica, hornblenda et quartzo compoſitum.
v. Fichtel Karpath. p. 276. 279.
Habitat in Carpathicis *montibus.*

ſyeniti- cum. 21. Gn. ex hornblenda, feldſpato & quartzo compoſitum.
v. Fichtel Karpath. p. 279.
Habitat in montibus Carpathicis.

ſquamo- ſum. 22. Gn. ex hornblenda & feldſpato compoſitum.
v. Fichtel Karpath. p. 279.
Habitat in montibus Carpathicis.

granati- cum. 23. Gn. ex hornblenda & granatis compoſitum.
v. Fichtel Karpath. p. 246. 280. 287.
Habitat in montibus Carpathicis.

ſplendi- dum. 24. Gn. ex hornblenda, mica & granatis compoſitum.
v. Fichtel Karpath. p. 246. 287.
Habitat in montibus Carpathicis.

quadru- plex. 25. Gn. ex hornblenda, mica, granatis & quartzo compoſitum.
v. Fichtel Karpath. p. 246. 287.
Habitat in montibus Carpathicis.

lamello- ſum. 26. Gn. ex hornblenda & ſcorlo compoſitum.
v. Fichtel Karpath. p. 280.
Habitat in montibus. Carpathicis.

baſalti- cum. 27. Gn. ex mica & ſcorlo electrico compoſitum.
Anon. chem. Annal. 1785. 2. *p.* 23.
Habitat in valle Salisburgenſibus *&* Tirolenſibus *communi* Zillerthal.

glandulo-sum. 28. Gn. ex mica & granatis compositum.
v. Fichtel Karpath. p. 246. 287.
Habitat in montibus Carpathicis.

durum. 29. Gn. ex mica, granatis & quartzo compositum.
v. Fichtel Karpath. p. 246. 287.
Habitat in montibus Carpathicis.

quartzo-sum 30. Gn. ex granatis & quartzo compositum.
v. Fichtel Karpath. p. 246. 287.
Habitat in montibus Carpathicis.

micans. 31. Gn. ex marmore micante & mica compositum.
α) mica aurea per marmor sparsa.
v. Borch. mineral. sicil. Avanturino.
β) mica viride per strata digesta.
Ferber. Br. a. Welschl. p. 251. Marmo Cipolino.
Habitat: α) vagum in Siciliæ *antro montis* Caputo; *β) in* Græcia; *an hujus generis?*

58. PORPHYRIUS. Ex crystallis alterius generis fossili formæ communis quasi pastæ immersis compositus. Ætate, duritie, duratione, colore quam maxime varius.

a. *talcosi.*

talcosus. 1. P. ex talco & quartzi crystallis immersis constans.
Storr Alpenr. 2. *p.* 280.
Habitat in Valle Tellina *prope* Clavennam, *argentei coloris.*

ponderosus. 2. P. ex talco & barytide vulgari compositus.
Storr Alpenr. 2. *p.* 266.
Habitat in Valle Tellina *prope* Castion, *dilute virens.*

rhæticus. 3. P. ex talco, barytide & spato constans.
Storr. Alpenr. 2. *p.* 209.
Habitat ad montem Rhætiæ Despin, *thalassinus vel albus,*

b. *serpentini.*

arenarius. 4. P. ex serpentino & quartzi crystallis minoribus immistis compositus
Herrmann ural. Erzberg. 2. *p.* 321. Saxum serpentinum

Lasius Beob. üb. Harzgeb. 1. *p.* 166. ? *p.* 483. *n.* 60. Mit Sand gemischter Serpentinstein.
Ferber Br. a. Welschland. 23. *p.* 363.
Habitat in Uralensium Sibiriæ *montium parte orientali, in montibus* Austriæ *interioris*, Salisburgensibus, tyrolensibus, genuensibus, sabaudicis, hercynicis (*prope* Tresenburg,) *durus, rupes & montium partem præcipuam constituens, micæ quoque non raro particulis inspersis.*

acicularis. 5. P. ex serpentino & scorli spiculis immersis compositus.
v. Born ind. fossil. 1. *p.* 148. Ophiter particulis basaltinis mixtus.
Saussur. it. alp. 1. *p.* 105.
β) crystallis scorli sese decussantibus Creuzstein.
Habitat in montibus Temesiensibus (e. gr. *prope* Saska,) Hungaricis (*prope* Schemniz,) & Stiriacis *vagus prope* Genevam, *olivaceus, cærulescens vel cinereus.*

granatinus. 6. P. ex serpentino & granatis compositus.
Carpent. Geogr. Chursf. p. 179.
Habitat in Saxonia *prope* Zoebliz.

spurius. 7. P. ex serpentino, spato et mica compositus.
Ferber Br. aus Welschl. 19. *p.* 334.
Habitat in Hetruriæ *montibus* Imprunetæ vicinis *strata horizontalia constituens, viridis, spato albo, mica ex virescenti argentea tessulari.*

Granitone. 8. P. ex serpentino & feldspato compositus.
Ferber Br. aus Welschl. 19. *p.* 334.
Habitat in montibus Hetruriæ, Imprunetæ & Prato *vicinis, viridis, feldspati albi prismatibus immersis varius, mica ex argenteo viridi tessulari ut plurimum accedente, lapidis molaris loco interdum inserviens.*

micaceus. 9. P. ex serpentino & micæ lamellis constans.
Charpent. Geogr. Chursf. p. 178.
Ferb. Br. a. Welschl. 19. *p.* 332.
Saussur. it. alp. 1. *p.* 135.
β) micæ aureæ variabilis parallele & recte lamellosæ nidulis fartus.
v. Trebra Erfahr. v. Inn. d. Geb. p. 97.
Schröt. n. Litterat. d. Naturg. 4. *p.* 232.
Herrmann ural. Erzg. 2. *p.* 323.

Habitat in montibus Hetruriæ (*prope* Impruneta *&* Prato,) Genuensibus (Bocchetia *& valli* Polzevera *conterminis*,) Sabaudicis (*prope* Genevam) *&* Saxonieis (*prope* Zoebliz,) *β*) Hercynicis (Paste,) Franconicis (Fichtelberg,) *&* Uralensibus Sibiriæ.

asbestinus. 10. P. ex serpentino & asbesti sericeo nitore conspicui fibris compositus.
Ferber Br. a. Welschl. 19. *p.* 332.
Charpent. Geogr. Chursachs. p. 178.
Habitat in montibus Saxoniæ, Franconiæ, Hercyniæ, Hertruriæ.

ferrifer. 11. P. ex serpentino & crystallis ferri nitidi compositus.
Charpent. Geogr. Chursachs. p. 179.
Ferb. Br. a. Welschl. 23. *p.* 377.
Sauss. it. alp. 1. *p.* 79.
Habitat in Saxoniæ (*prope* Zoebliz) *&* Pedemontii (*prope* Fenestrella) *montibus*, *vagus prope* Genevam.

c. *amari*.

helveticus. 12. P. ex amaro & hornblenda compositus.
Hoepfn. Mag. Helv. Naturk. 1. *p.* 279.
Habitat in Helvetiæ *montibus*, *viridis*.

alpinus. 13. P. ex amaro & feldspato compositus.
Hoepfn. Mag. Helv. Naturk. 1. *p.* 279.
Habitat in Helvetiæ *alpibus*.

micans. 14. P. ex amaro & mica compositus.
Hoepfn. Mag. Helv. Naturk. 1. *p.* 279.
Habitat in Helvetiæ *montibus*.

bicolor. 15. P. ex amaro & granatis compositus.
Hoepfn. Mag. Helv. Naturk. 1. *p.* 279.
Habitat in Helvetiæ *montibus*.

spiculatus. 16. P. ex amaro & scorlo compositus.
Hoepfn. Mag. Helv. Naturk. 1. *tab.* 2.
Habitat in Helvetiæ *montibus*.

d. *calcarii*.

calcarius. 17. P. ex calcario lapide & quartzi, crystallis innidulantibus compositus.
Habitat in confluxu circulorum Germaniæ Franconici, Suevici *&* Bavarici, *texturæ schistosæ*.

Macigno. 18. P. ex marga indurata & plurima mica compositus.
Ferber Br. a. Welschl. 7. p. 96. & 19. p. 324.
Habitat in Hetruria (*prope* Fiesoli) & Elba, *cinereus, colore nunc magis in flavescentem, nunc potius in cærulescentem vergente, posterior in aëre nigrescens & fatiscens, strata horizontalia, inferiora duriora constituens, struendis domibus inserviens.*

austriacus. 19. P. ex marga indurata & scorlo compositus. *Born ind. foss. 1. p. 34.*
Habitat in Austria *prope* Traunstein.

e. *argillacei.*

granitoides. 20. P. ex argilla & plurimo feldspato compositus.
Nose orogr. Br. ü. Siebengeb. p. 106. 110. 111. Granitporphyr.
Habitat ad Rheni *inferioris*, *in* Saxonia *prope* Altenberg, *prope* Giebichenstein *ripas, facile fatiscens, accedente interdum paucissimo quartzo vel mica.*

granaticus 21. P. ex argilla, feldspato, granatis & paucissimo quartzo compositus.
Kurst. Lesk. Mineralkab. 2. p. 24.
Habitat in Hassia *prope* Wittelsberg.

cotiarius. 22. P. ex argilla et quartzi crystallis compositus.
Nose orogr. Br. in Siebengeb. p. 14. & *Charpent. Geogr. Churs. p.* 49. 50. 61. 62. 65. 140. Porphyrartiger Gestein.
Schulz. n. hamb. Mag. St. 33. Mergelstein.
Voigt Gebirgsart nr. 7. Porphyr.
Charpent. Geogr. Churs. p. 149. Zechstein.
Lasius Harzgeb. 1. *p.* 255. 2. *n.* 78. Cottenstein.
Habitat ad Rheni *ripas, in* Thuringia, *prope* Giebichenstein, *ad* Hercyniæ *radicem prope* Ilefeld, *in* Saxonia, Lusatia *feldspati particulis sæpe immixtis interdum adhuc conspicuis, non raro tamen fatiscentibus & vacuas foveolas relinquentibus.*

metallifer. 23. P. ex argilla, quartzi crystallis & aliis compositus.
v. Born. ind. foss. 1. p. 154. 155. Saxum metalliferum.
Habitat in Temesiæ, Transilvaniæ, Hungariæ, *potissimum, etiam* Bohemiæ, & Tirolis *montibus, venis metallicis refertus, albus, albidus, cinereus aut cærulescens, argillæ & quartzo semper aut feldspato, aut actinoto, aut hornblenda, aut mica, aut lithomarga, aut pluribus simul accedentibus.*

transsilvanicus. 24. P. ex argilla & micæ crystallis compositus.
Karst. Lesk Mineralkab. 2. *p.* 24.
Habitat in Transsilvania *prope* Felsobanya.

delphinatus. 25. P. ex argilla, scorlo & asbesto compositus.
Hoffmann bergm. Journ. 1788. 1. *p.* 57.
Habitat in Delphinatu (*prope* Bourg d'Oisans,) *argilla ferri calce impraegnata, scorlo duplicis generis, alio vitreo, alio ferri ochra extrinsecus inquinato, semipellucido, duro, cano, compacto, intus parum micante, in fragmenta acutangula dissiliente, forma tabularum tenuissimarum tetraëdrarumcylindriceadlatera excavatarum in tabulas denuo aggregatarum conspicuo.*

spadiceus. 26. P. ex argilla & granatis compositus.
Hoffmann bergm. Journ. 1788. 1. *p.* 246.
Habitat passim e. gr. *prope* Schneeberg *in* Saxonia, *integrum sub humo ibi stratum efficiens, ferri mineris in ustrinis additus, argilla scilicet ferri calce divite, granatis ex fuscescente rubris.*

chlorogranaticus. 27. P. ex argilla & chlorogranatis compositus.
Habitat in Saxonia *prope* Eibenstok.

f. *basaltici.*

antiquus. 28. P. ex trapezio & feldspato compositus.
Cronst. miner. §. 265.
Ferb. Br. a. Welsch. 16. *p.* 265. Porfido verde.
Habitat - - - trapezio viridi, crystallis feldspati albis, & scorli nigris vario.

Angliæ. 29. P. ex trapezio & quartzi crystallis compositus.
Withering act. angl. 72. *p.* 2. *n.* 20. Rowleyrag.
Habitat in Anglia.

tinnitans. 30. P. ex trapezio & scorli spiculis constans.
Waller. syst. miner. 1. *p.* 410. *n.* 12. Saxum corneo trapezio & basalte mixtum.
Habitat in Westrogothia Sueciæ, *digito impositus duroque corpore percussus tinnitans.*

acerosus. 31. P. ex trapezio & hornblendæ crystallis minimis innatis compositus.
Waller. syst. miner. 1. *p.* 362. *n.* 4. f. Corneus trapezius particulis acerosis.

Cronst. miner. §. 265. 1. Saxum compositum jaspide martiali molli seu argilla molli indurata,,& - - - particulis majoribus acerosis.
Habitat in montibus Hunneberg, Kinnekulle, Stollberg, Sueciæ, *obscure cinereus aut niger.*

squamosus. 32. P. ex trapezio & mica compositus.
Waller. syst. mineral. 1. *p.* 363. *n.* 4. g. Corneus trapezius, squamulis oblique nitentibus.
Habitat in Sueciæ *montibus.*

lamellosus. 33. P. ex wacca & hornblenda compositus.
Karst. Mag. Helv. Naturk. 3. *p.* 234.
Habitat in Saxonia.

spatosus. 34. P. ex wacca & spato calcareo compositus.
Karst. Mag. Helv. Naturk. 3. *p.* 234.
Habitat in Saxonia *&* Bohemia, *etiam prope* Francofurtum *ad* Mœnum.

nigerrimus. 35. P. ex wacca nigra, & micæ crystallis nigris compositus.
Widemann Magaz Helv. Naturk. 4. *p.* 196. 197.
Werner bergm. Journ. 1788. 2. *p.* 853.
Habitat in Saxoniæ *monte* Scheibenberg *prope* Annaberg, *& aliis*, *prope* Joachimsthal Bohemiæ.

ægyptius. 36. P. ex basalte & hornblenda compositus.
Werner bergm. Journ. 1788. 2. *p.* 853.
α) hornblendæ crystallis nigerrimis minimis firmissime innatis.
β) hornblendæ maculis majoribus virescentibus.
Ferber Br. a. Welschl. 16. *p.* 274. Pietra d'Egitto, Pietra nefritica.

basalticus. 37. P. ex basalte & feldspato; interstitis interdum quartzi & micæ particulis compositus.
Ferber Br. a. Welsch. 16. *p.* 272.
Habitat - - in monumentis Romæ asservatis obvius.

Pedicularis. 38. P. ex basalte & scorli granatini crystallis compositus.
Ferber Br. a. Welschl. 16. *p.* 272. 274.
β) scorli granatini crystallis acus capitulum vix superantibus.
Ferber Br. a. Welschl. 16. *p.* 275. Basalte pidouhioso.
Habitat e. gr. in Italia *in monumentis antiquis Romæ asservatis hinc inde obvius, hornblenda aut scorlo genuino accedente non raro auctus; utrum fundamentum in β) viride semper verus basaltes)*

fuldensis. 39. P. ex basalte & granatis compositus.
Habitat ad montem Pferdekopf *episcopatus* Fuldensis.

olivinus. 40. P. ex basalte & olivinis compositus.
Gioeni litolog. Vesuv. p. 90.
Habitat circa Vesuvium, *granatos quoque interdum continens.*

g, ex lavis conflati.

vulcanicus. 41. P. ex lava & hornblenda compositus.
Ferber Br. a. Welsch. 11. *p.* 178.
Habitat prope montes ignivomos, e. gr. Vesuvium.

ocellatus. 42. P. ex lava & scorli granatini crystallis compositus.
Gioeni litolog. Vesuv. p. 97-100. 102. 103. 109. 125.
Ferber Br. a. Welschl. 11. *p.* 176. 178. 179.
Habitat prope montem Vesuvium, *niger, cinereus aut ruber, sæpius quoque scorlum genuinum, interdum micam, rarius feldspatum aut granatos includens.*

bacillaris. 43. P. ex lava & scorli genuini prismatibus hexaëdris compositus.
Gioeni litolog. Vesuv. p. 92-110.
Ferber Br. a. Welschl. 11. *p.* 167. 177-179.
β) *Ferber Br. a. Welschl.* 18. *p.* 320. Granito di Cortona.
Habitat prope montem Vesuvium, *in insulis* Marchesas, *nunc niger, nunc cinereus, nunc ruber, scorli crystallis interdum valde obtusangulis, modo tenuioribus, modo crassioribus, nonnunquam striatis, nigris, albis, aut chrysolithum, smaragdum, topazium, hyacinthum colore referentibus, intermistis interdum quoque adinoti, granati aut scorli granatini crystallis.*

nitidulus. 44. P. ex lava & mica compositus.
Gioeni litolog. Vesuv. p. 89. 102. 118.
Habitat prope montes ignivomos, *non raro quoque crystallos scorli granatini vel gemini continens, aut granatos, aut utrosque.*

desipiens. 45. P. ex lava & feldspato compositus.
Gioeni litolog. Vesuv. p. 123.
de Dolomieu mém. sur les isles ponc. & catal. raisonn. des produits de l'Etna, &c. *à Paris* 1788. 8.
Habitat in Sicilia, *& ad* Vesuvium, *utplurimum quoque hornblendam, rarius micam aut scorlum includens.*

Schreb. lithol. 78. Saxum impalpabile siliceum fuscum; granis spatosis rubescentibus & albis.
Cronst. miner. §. 264. 6. Saxum compositum jaspide & feldspato, interdum mica & basalte.
Waller. miner. sp. 94. Jaspis durissima rubens, lapillulis variis inspersis.
Waller. syst. miner. 1. *p.* 414. *n.* 9. Saxum jaspide & spato scintillante mixtum.
Ferber Br. a. Welschl. 16. *p.* 260. Porphyr.
Cost. foss. 283. Porphyrites.
Habitat in Ægypto, Arabia, Græcia, Italia (*potissimum in territorio civitatum* Bergami & Bresciæ,) Sabaudia, Helvetia, Burgundia, *montibus* Vogesis, *aliisque* Galliæ *meridionalis partibus*, Tiroli, Bohemia, Saxonia, Thuringia *finitimis* Franconiæ *partibus*, Hercynia, Scandinavia, Sibiria, *tum vagus, tum rupes, montes, horumve partem præcipuam constituens, opacus, texturæ ad conchaceam, rarius ad schistosam accedentis, durus & egregiam polituram admittens, hinc toties in monumentis veterum obvius, & adhuc nobilioribus præsertim ædificiorum partibus inserviens, in fragmenta indeterminata dissiliens, igne facile liquescens, formæ utplurimum communis, rarissime prismaticæ, tum accedentibus aliis atque aliis peregrinis*, e. gr. *hornblenda, mica, scorlo, quartzo, tum partium constituentium colore, forma, distributione, varia inter se ratione infinitum in modum varians, feldspato utplurimum albo, nonnunquam rubello, punctorum, striarum, macularum, prismatum forma jaspidi immerso, interdum fatiscente, ut vacua remaneant, quæ occupaverat, loca, jaspide nunc rubra, nunc fusca, nunc nigra, nunc viridi, rarius obscure cinerea, aut bicolore*, e. gr. *nigra & viridi, rubra & aurantia.*

corsicanus. 59. P. ex jaspide, & actinoto compositus.
Ferber Br. a. Welschl. 21. *p.* 357. Marmo verde di Corsica.
Habitat in insula Corsica, *albus, maculis violaceis, radiisque actinoti viridibus varius; an huc spectat?*

amiantinus. 60. P. ex jaspide, asbesto & quartzo compositus.
Habitat vagus in comitatu Mansfeld, *jaspide rubra, asbesto virescente, quartzo albo.*

nitens. 61. P. ex jaspide & mica compositus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Natur. 1. *p.* 278.
Habitat in Helvetia & (*prope* Annaberg) *in* Saxonia.

ſcorlinus. 62. P. ex jaſpide & ſcorlo compoſitus.
Hoepfr. Magaz Helv. Naturk. 1. *p.* 278.
Habitat in Helvetia.

granatifer. 63. P. ex jaſpide & granatis compoſitus.
Born. ind. foſſ. 1. *p.* 32. 2. *p.* 94.
Habitat in Auſtria (*prope* Crems) & Islandia, *jaſpide viridi.*

effervescens. 64. P. ex jaſpide & ſpato compoſitus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. 1. *p.* 278.
Habitat in Helvetia.

cryſtallinus. 65. P. ex jaſpide & quartzi cryſtallis compoſitus.
Hoepfn. Magaz Helv. Naturk. 1. *p.* 178.
Habitat in Helvetia.

Achates. 66. P. ex jaſpide, quartzo fragili, cryſtallo, amethyſto, chalcedonio genuino, carneolo & onyche, petroſilice, pyromacho, pluribus vel paucioribus ſimul compoſitus.
Syſt. nat. XII. 3. *p.* 70. *n.* 10. Silex rupeſtris, cortice rufo noduloſo, ſubdiaphanus.
Muſ. Teſſin. 8. *n.* 6. Silex rupeſtris ſuperficie nodoſa tunicata.
Woltersd. miner. 14. Corneus lapis diaphanus variegatus.
Waller. miner. 84. & *ſyſt. miner.* 1. *p.* 284. *n.* 22. Achates duriſſima fere pellucens, diverſis coloribus nitens, variegata.
Baum. miner. 1. *p.* 250. *Ruwpf. muſ. t.* 56. *f.* A. D.
Cronſt. miner. §. 61. Achates.

faſciatus. α) partibus conſtituentibus per faſcias rectas rarius undulatas, cololore diverſas alternantibus.
Karſt. Lesk. Mineralkab. 1. *p* 139. Bandachat.

anguloſus. β) ex fragmentis anguloſe cryſtoſis compoſitus.
Karſt. Lesk. Mineralkab. 1. *p.* 140. Veſtungsachat.

annulatus. γ) annulis pictus.
Karſt. Lesk. Mineralkab. 1. *p.* 143. Ringachat.

ruralis. δ) picturas campeſtres referens.
Karſt. Lesk. Mineralkab. 1. *p.* 145. Landſchaftsachat.

muſcoſus. ε) muſcorum icones referens.
Karſt. Lesk. Mineralkab. 1. *p.* 145. Moosachat.

ſtellaris. ζ) punctis ſtellaribus inſignitus.
Karſt. Lesk. Mineralkab. 1. *p.* 146. Sternachat.

ruderalis. η) ex fragmentis indeterminatis compoſitus.
Karſt. Lesk. Mineralkab. 1. *p.* 146. Trummerachat.

Habitat infinita fere varietate (micrologia lithophilorum & fraudibus lithopolarum hinc inde acuta, sive indolem, proportionem & distributionem partium constituentium, sive tinctum & colorum temperaturam, sive duritiem & nitorem, eum potissimum, qui politura conciliatur, sive durabilitatem spectes, elegantior & copiosior in Saxonia, Palatinatu, *Ducatu* Bipontino, *in aliis* Rheno *irrigatis terris, alias quoque in* Hercynia (*prope* Ilefeld & *in terra* Walkenried,) Hassia (*prope* Gunderhausen & Dianenberg,) Thuringia, Franconia, Wirtembergia, Bavaria, Bohemia, Silesia, Hungaria, Temesia, Sibiria, Candia, Sicilia, Hetruria, *territorio* Brefciano, Vogesis, Anglia, Scania, Islandia, Zeylona *nunc vagus nunc argillæ induratæ innidulans, rarius in venis, rarissime stalactitæ forma obvius, ornamentis, ædificiorum partibus nobilioribus, gemmæ quoque loco hinc inde inserviens.*

59. AMYGDALITES. Ex glandulis alterius generis fossili formæ communis innidulantibus.

In montibus potissimum serioris ætatis occurrens, sæpe ad aërem fatiscens.

a. *talcosi.*

rhæticus. 1. A. ex steatite & petrosilice compositus.
Storr Alpenr. 2. *p.* 214.
Habitat in Rhætiæ *monte* Despiner Alp, *dilute viridis, petrosilice cinereo.*

fornacum. 2. A. ex steatite & barytide compositus.
Storr Alpenr. 2. *p.* 51. 52. Giltstein.
Habitat in Bernatum *valle* Urseren, *cujus incolis in crassas laminas discissus in fornaces adaptatur, ex virescente cinereus, barytidis canæ glandulis prominentibus asper, vix in vasa tornandus, igne, nisi satis crassis tabulis illi exponatur, rimas agens.*

glandulosus. 3. A. ex serpentino & marmore vel spato compositus.
Habitat in Italia & (*prope* Schwarzenberg) *in* Saxonia.

homogeneus. 4. A. ex serpentino & ollari compositus.
Habitat in Saxonia (*prope* Zoebliz).

leucochloros. 5. A. ex serpentino & quartzo compositus.
Habitat in Suecia *prope* Sala.

granaticus. 6. A. ex asbesto & granato compositus.
Born. ind. foss. 1. *p.* 32.
Habitat in Temesia (*prope* Dognaska,) Tiroli (*prope* Sterzing) & Laponia, *accedente interdum mica.*

b. *calcarii.*

Ophites. 7. A. ex marmore & serpentino compositus.
Cronstedt miner. §. 209. 1. 1. 3. Saxum compositum particulis calcareis & argillaceis.
Habitat in Suecia, Italia, Africa *meridionali, utplurimum albus, serpentino viridi aut nigro.*

hetruricus. 8. A. ex macigno & serpitini marmoris aut argillæ glandulis compositus.
Ferber Br. a. Welschl. 19. *p.* 324.
Habitat in Hetruria (*prope* Fiesoli,) *ædificiis exstruendis frequenter adhibitus.*

c. *argillacei.*

primigenius. 9. A. ex argilla & quartzo compositus.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 80. *n.* 37. Saxum lapillis sabulis argillaque connatum.
Habitat in Suecia.

asbestinus. 10. A. ex argilla, asbesto & granatis compositus.
Ferber Beytr. z. boehm. Mineralg. p. 51.
Habitat in Bohemia (*prope* Orpes) *venam ferri fovens, accedente scorlo, spuma lupi mica, hornblenda non raro auctus.*

lamellosus. 11. A. ex argilla, hornblenda & spato compositus.
Habitat in Saxonia (*prope* Schneeberg.)

cæmentarius. 12. A. ex cæmento & lavis compositus.
Habitat frequens in Italia *inferiori & media.*

Wacca. 13. A. ex wacca & spato compositus.
Karst. Magaz. Helv. Naturk. 3. *p.* 234. *sq.*
Habitat frequens in Saxonia.

fordidus. 14. A. ex wacca & quartzo compositus.
Werner chen. Annal. 1789. 1. *p.* 131.
Habitat in Bohemia (*prope* Joachimsthal).

ferpentinus. 15. A. ex trapezio & ferpertino compofitus.
Habitat in Italiæ, Silefiæ *montibus ftratariis, trapezio utplurimum fufco, ferpentino obfcure viridi, fructus & femina elliptica vel globulofa non raro mentiente, hinc inter carpolithos relato.*

fteatiticus. 16. A. ex trapezio & fteatite compofitus.
Habitat in Ducatu Bipontino, *&* Franconia.

vulgaris. 17. A. ex trapezio & fpato compofitus.
Valler fyft. miner. 1. *p.* 424. *n.* 17. a. Saxum glandulofum bafi corneo trapezio cum glandulis albis.
Habitat in Norwegiæ, Angliæ (*potiffimum provincia* Derby,) Italiæ, Ducatus *Bipontini, ripæ* Mœni *fluvii, epifcopatus* Fuldenfis, Herciniæ (*prope* Seefen, *inter* Ofterode *&* Claufthal, *prope* Ilefeld,) Saxoniæ (*prope* Zwickau,) Bohemiæ, Silefiæ, Hungariæ (*prope* Stiaoniza) *montibus ftratariis, achatæ & chalcedonii frequens matrix, fpato femper albo, interdum argilla viridi obducto, nunc glandulis majoribus, nunc globulis particulisque minoribus rarioribus aut copiofioribus per reliquam maffam difperfo, nunc rubram, nunc fufcam, nunc viridem, nunc ex virefcenti cineream, nunc nigram, accedente interdum præterea mica, vel argilla viridi, vel feldfpato.*

gypfeus. 18. A. ex trapezio & felenite compofitus.
Habitat in Ducatu Bipontino.

variolofus. 19. A. ex trapezio & lithomarga compofitus.
Karft. Lesk. Mineralkab. 2. *p.* 38.
Habitat in Bohemia, Saxonia, *lithomarga alba.*

æruginofus. 20. A. ex trapezio & argilla viridi compofitus.
Habitat in Bohemia (*prope* Brammey *in montibus giganteis*,) Saxonia (*prope* Zwickau) *&* Hercynia (*prope* Ilefeld,) *trapezio utplurimum fufco.*

zeolithicus. 21. A. ex trapezio ex zeolithi globulis compofitus.
Habitat in Ducatu Bipontino.

tuberofus. 22. A. ex trapezio & quartzi glandulis compofitus.
Habitat e. gr. *prope* Francofurtum *ad* Mœnum.

chalcedonius. 23. A. ex trapezio & chalcedonio compositus.
Habitat prope Francofurtum *ad* Mœnum *et prope* Budingum, *chalcedonio crebro botryoide, nonnunquam vitri ad instar ferè pellucido aut opalum simulante.*

chlorostictos. 24. A. ex basalte columnari & steatite compositus.
Habitat in basaltiferis rheno inferiori & Gœttingæ *vicinis, steatitæ glandulis virescentibus minoribus, rarioribus, basalte nigro.*

spatosus. 25. A. ex basalte columnari & spato compositus.
Habitat e. gr. *in* Hassiæ *montibus basaltiferis.*

marmoreus. 26. A. ex basalte columnari & marmoris glandulis compositus.
Ferber. Br. a. Welschl. p. 286.
Habitat e. gr. *in media* Italia *prope* Radicofani.

argillosus. 27. A. ex basalte columnari & argillæ glandulis compositus.
Habitat e. gr. *in* Galliæ *meridionalis montibus basaltiferis.*

radians. 28. A. ex basalte columnari & zeolithi glandulis stellatim fibrosis compositus.
Habitat in Galliæ *meridionalis*, Hassiæ, Thuringiæ, Lusatiæ *montibus basaltiferis.*

piceus. 29. A. ex basalte columnari & piceo compositus.
Habitat in montibus basaltiferis, Gœttingæ *vicinis.*

olivinus. 30. A. ex basalte columnari & olivino compositus.
Habitat in Galliæ *meridionalis*, Gœttingæ *vicinis*, Hassiæ, Thuringiæ, Franconiæ (Rhoenberge,) Saxoniæ, Lusatiæ, Bohemiæ *montibus basaltiferis.*

durus. 31. A. ex basalte columnari & quartzi glandulis compositus.
Ferber. Br. a. Welschl. p. 274.
Hapitat in Italia.

granitoides. 32. A. ex basalte columnari & granitæ glandulis compositus.
Ferber Br. a. Welschl. p. 273.
Habitat in Italia *& meridionali* Gallia.

ferrifer. 33. A. ex basalte columnari & ferro spatoso compositus.
Habitat in montibus basaltiferis, Mœno *vicinis.*

brecciatus. 34. A. ex lava & marmoris glandulis compositus.
Ferber Br. a. Welschl. 14. *p.* 226. 18. *p.* 312.
Habitat in Italiæ *mediæ montibus olim ignivomis, vagus quoque ad fluvios.*

argillaceus. 35. A. ex lava & argillæ glandulis compositus.
Habitat in Italia *meridionali et media.*

schistiferus. 36. A. ex lava & ardesiæ frustis compositus.
Habitat in Sicilia *& vicinis insulis.*

albo-maculatus. 37. A. ex lava & zeolithi glandulis compositus.
Habitat in Sicilia.

gemmifer. 38. A. ex lava & olivino compositus.
Ferber. Br a. Welschl. II. *p.* 173.
Habitat frequens ad Vesuvii *radicem.*

pyromachus. 39. A. ex lava & pyromachi glandulis compositus.
Habitat ad Vesuvii *radicem.*

inconspicuus. 40. A. ex lava & quartzi glandulis conflatus.
Habitat in Sicilia.

achatoides. 41. A. ex lava & chalcedonio compositus.
Habitat in Islandia.

ferruginosus. 42. A. ex lava & ferri minera compositus.
Habitat in Islandia.

d. *silicei.*

margodes. 43. A. ex petrosilice & margæ glandulis compositus.
Saussur. voy. dans les Alp. I. *p.* 141.
Habitat vagus prope Genevam.

similaris. 44. A. ex petrosilice & argillæ glandulis compositus.
Habitat in Bohemiæ (*prope* Przibram,) Saxoniæ (*prope* Marienberg) *&* Bipontinis *fodinis, frequens minerarum matrix.*

jemticus. 45. A. ex petrosilice & zeolithi glandulis compositus.
v. Born ind. foss. I. *p.* 47.
Habitat in Jemtia Sueciæ.

quartzifer. 46. A. ex petrosilice & quartzi glandulis compositus.
Charpent. Geogr. Chursf. p. 286.
Habitat in Saxonia (*prope* Schneeberg *&* Johanngeorgenstadt).

Cronstedtii. 47. A. ex jaspide, spato & serpentini glandulis compositus.
Cronst. miner. §. 266. Saxum basi jaspidea martiali cum fragmentis spati calcarei & serpentini, figura elliptica.
Waller. syst. miner. I. *p.* 424. *n.* 17. b. Saxum glandulosum basi jaspidea, glandulis albis & viridibus.
v. Born ind. foss. I. *p.* 151.
Habitat in Norwegia (*prope* Moss) *&* Saxonia (*prope* Zwickau,) *ruber, glandulis albis viridibusque varius.*

albo-guttatus. 48. A. ex jaspide & spati glandulis compositus.
v. Born. ind. foss. 1. *p.* 152.
Habitat in Bohemia *prope* Stitz, *ex cinereo viridis.*

albo-fuscus. 49. A. ex jaspide & lithomarga compositus.
v. Born ind. foss. 2. *p.* 146.
Habitat in Bohemia *prope* Bukau.

cinereus. 50. A. ex jaspide & zeolitho compositus.
v. Born ind. foss. 1. *p.* 151.
Habitat in India.

helveticus. 51. A. ex jaspide & amaro compositus.
Hoepfn. Magaz. Helv. Naturk. 1. *p.* 278.
Habitat in Helvetiæ *montibus.*

sibiricus. 52. A. ex jaspide et quartzo compositus.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 78. Saxum impalpabile jaspideum rubrum, maculis albis quartzosis.
Habitat in Sibiria (*præcipue ad fluvium* Ural,) Italia (*prope* Brésciam,) Wrtembergia (*prope* Stuttgardiam,) Saxonia.

Jasponyx. 53. A. ex jaspide & onyche compositus.
Habitat rarior in Saxonia, Palatinatu rhenano, *Ducatu* Bipontino.

albo-viridis. 54. A. ex quartzo & serpentino compositus.
Habitat in Suecia (*prope* Sahla).

tricolor. 55. A. ex quartzo & gypso rubro nigroque compositus.
v. Born ind. foss. 1. *p.* 86.
Habitat in Saxonia (*prope* Marienberg,) *mineræ stanni matrix.*

60. BRECCIA. Ex fragmentis lapidum utplurimum rotundatis per cæmentum terreum aut metallicum conglutinatis consſtans.

In montibus recentioribus tantum occurrens.

a. *talcosæ.*

serpentina. 1. Br. ex fragmentis ſerpentini minoribus ope margæ induratæ miciferæ conglutinatis.
Habitat in Pedemontio.

b. *calcariæ.*

calcaria. 2. Br. ex fragmentis marmoris rudis ope terræ calcariæ conglutinatis.
Habitat paſſim in vallibus montibus calcariis conterminis.

marmorea. 3. Br. ex fragmentis marmoris nobilis ope terræ calcariæ conglutinatis.
Cronſt. miner. §. 269. 1. 1. Marmo brecciato.
Habitat in Italia, *egregium polituram admittens, variegata.*

Lumachella. 4. Br. ex teſtaceis coralliisque eorumve fragmentis ope terræ calcariæ conglutinatis.
Cronſt. miner. §. 269. 1. 2. Lumachella.
Ferber. Br. a. Welſchl. 16. *p.* 257.
Habitat in Norwegia, Suecia, Germania, *potiſſimum teſtaceis adhuc egregie ſplendentibus ſpectabilis in* Carinthia, *in* Italia, *eximie ſæpius variegata & nitidam polituram admittens.*

ſchiſtoſa. 5. Br. ex ardeſiæ fragmentis argillæ fuſcæ ope conglutinatis compoſita.
Waller. ſyſt. miner. 1. *p.* 430. Saxum petroſum ſchiſtoſum, fragmentis ſchiſti compoſitum.
Habitat in monte Suecico Weſtrogothiæ, Hunneberg.

c. *argillaceæ.*

argilloſa. 6. Br. ex trapezii fragmentis jaſpidi conglutinatis.
v. Born ind. foſſ. 1. *p.* 156.
Habitat in Norwegia.

basaltina. 7. Br. ex basaltæ columnaris fragmentis argillæ ope conglutinatis.
Nose orogr. Br. üb. Siebeng. I. *p.* 163.
Habitat ad Rheni *inferioris ripas, in montibus* Honderberg & Wolsberge.

lavina. 8. Br. ex lavæ fragmentis terræ calcariæ ope conglutinatis.
Habitat in Sicilia *aliisque regionibus montibus* ignivomis *vicinis.*

Cicerchina. 9. Br. ex lavæ fragmentis & spati granis albis ope terræ calcariæ conglutinatis.
Ferber Br. a. Welschl. 7. *p.* 96. Cicerchina.
Habitat in Italia, *præsertim* Hetruria (*prope* Fiesoli) *poliendo marmori inserviens.*

d. *siliceæ.*

helvetica. 10. Br. ex petrosilicis fragmentis ope margæ conglutinatis.
Andreæ Br. a. d. Schw. p. 36. &c. Nagelfluh, Nagelfels.
Habitat frequens in Helvetia, *potissimum meridionali & occidentali, tum vaga, tum in rupes collesque aggregata, in magna* Helvetiæ *parte inter principes ædificiorum materias, animalium, v. g. dentium squali vestigiis impressis interdum conspicua, polituram non admittens.*

cornea. 11. Br. ex petrosilicis fragmentis argillæ ope conglutinatis.
v. Born Ind. fossil. I. *p.* 156.
Habitat in Carniolia (*prope* Idriam) & Saxonia (*prope* Schneeberg,) *accedentibus posteriori spati quoque frustulis.*

mixta. 12. Br. ex petrosilicis quartzique fragmentis terræ calcariæ ope conglutinatis.
Habitat in Saxonia *prope* Annaberg.

Silicina. Puddingstone. 13. Br. ex petrosilicis quartzique fragmentis jaspidis ope conglutinatis.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 80. *n.* 39. Saxum silicibus cretaceis jaspide connatum.
Vog. min. 128. Silex concretus.
Cronst. min. §. 271. Saxum silicibus amorphis materia jaspidea conglutinatum.
Wall. syst. min. I. *p.* 428. *n.* 5. Saxum petrosum siliceum, diversis silicibus concretum.
Habitat in Anglia, Rheno, Bohemia *egregiam polituram admittens, variegata, jaspide utplurimum spadicea, vasis & ornamenti generibus variis inserviens.*

fruticulosa. 14. Br. ex petrosilicis fragmentis luteis arbuscularum imaginibus nigris insignitis rubrisque composita.
Ferber Br. a Welschl. 16. *p.* 259. Pietra fruttiosa orientale.
Habitat in Oriente.

Ægyptia. 15. Br. ex petrosilicis viridis fragmentis conglutinata.
Ferber Br. a. Welschl. 16. *p.* 259. Breccia verde d'Egitto.
Habitat in Ægypto, *vix polituram admittens, viridi fragmentorum colore nunc clariori, nunc obscuriori, granitæ fragmentis interdum intermissis.*

cuprifera. 16. Br. ex petrosilicis quartzique fragmentis ærugine conglutinatis.
Cronst. min. §. 275. 3. 1. 1.
Habitat in Sibiria, *cupro adeo dives, ut cum fructu eliquetur.*

jaspidea. 17. Br. ex jaspidis fragmentis jaspidis ope conglutinatis.
Cronst. min. §. 270. Saxum fragmentis jaspidis materia jaspidea conglutinatum.
Wall. syst. min. 1. *p.* 429. Saxum petrosum jaspideum, fragmentis jaspidis conglutinatis compositum.
Habitat in Italia & (*prope* Frejus) Gallo provincia.

quartzosa. 18. Br ex quartzi fragmentis quartzi ope conglutinatis.
Cronst. min. §. 270. Saxum fragmentis quartzosis conglutinatum.
Waller. syst. min. 1. *p.* 428. *n.* 4. Saxum petrosum quartzosum, fragmentis quartzosis concretum.
Habitat in Jemtia, Smolandia Sueciæ.

glandulosa. 19. Br. ex quartzi fragmentis arenarii ope conglutinatis.
System. nat. I. *p.* 186. *n.* 5. XII. 3. *p.* 73. *n.* 8. Saxum (æthereum) cotaceum quartzosum, particulis lacteis.
Wall. min. 164 Saxum petrosum arenaceo-siliceum.
Wall. syst. min. 1. *p.* 427. *n.* 3. Saxum petrosum arenario-siliceum ab arena vel sabulo cum silicibus concretum.
β) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 62. *n.* 4. Cos tigrina.
Habitat in Dalecarlia, Nericia, Gestricia Sueciæ, Normannia, Germannia (*prope* Goettingam.)

indeterminata. 20. Br. ex fragmentis variorum lapidum simpliciorum, inter quos quartzum eminet composita.
Habitat passim in Germania.

porphyrea. 21. Br. ex fragmentis porphyrii jaspidis aut porphyrii ope conglutinatis.
Cronst. min. §. 273. 5. 1. Brecchia porphyrea.
Wall. syst. min. 1. *p.* 430. *n.* 8. Saxum petrosum porphyreum, fragmentis porphyris conglutinatis compositum.
Habitat in Dalecarliæ *monte* Hykieberg & *rupe* Serna, *in monte* Schwalbenstein Hennebergæ (*prope* Ilmenau.)

arenaria. 22. Br. ex fragmentis arenarii conglutinatis composita.
Cronst. min. §. 273. 5. 3. Saxum fragmentis constans saxorum conglutinatorum.
Wall. syst. miner. 1. *p.* 427. *n.* 2. Saxum petrosum arenarium, fragmentis lapidis arenarii conglutinatis compositum.
Habitat in Dalecarlia.

saxosa. 23. Br. ex fragmentis variorum lapidum aggregatorum conglutinata.
Cronst. min. §. 273. 5. 2. Breccia indeterminata.
Wall. syst. min. 1. *p.* 430. *n.* 9. Saxum petrosum lapidibus saxosis concretum.
Habitat in Dalecarlia, Normannia Sueciæ.

sterilis. 24. Br. ex fragmentis variorum lapidum tum simpliciorum tum aggregatorum conglutinata.
Voigt Verz. Samml. v. Gebirgsart. p. 15. *n.* 15. 16. Rothes Todtes Liegendes.
Habitat in Thuringiæ, Hassiæ *montibus, margæ bituminosæ stratis, supposita.*

61. **ARENARIUS.** Ex granulis arenæ conglutinatis compositus.
In montibus stratariis obvius, integra strata, rupes, colles montes constituens, utplurimum formæ communis & in fragmenta indeterminata dissiliens.

α *simpliciores.*
a. *cæmento siliceo.*

flexilis. 1. A. elasticus durus apyrus particulis subsquamosis.
Gassend. vit. Peiresc. Hag. Comit. 1655. *p.* 155. Cos flexilis.
Brückmann chem. Ann. 1784. 2. *p.* 441. Elastischer Stein.
Crell chem. Annal. 1785. 2. *p.* 479.
Habitat in Brasilia, *canus, asper, cum acidis non effervescens, majoribus quoque frustis si flectatur, priorem in situm resiliens, & huc illuc vacillando sonitum levem edens, igne candente ne hilum quidem sui ponderis, & quod minores particulas spectat, pelluciditatis amittens.*

Avanturino. 2. A. durus politura egregium nitorem acquirens, granulis spadiceis inæqualiter tinctis.
Daubenton & Saye act. Paris. ann. 1781. *p.* 1-7.
Khun Abh. d. boehm. Ges. d. Wiss. ann. 1788. *p.* 118.
Habitat in Hispania, Britannia, Bohemia; Saxonia *(prope* Lipsiam*) vagus.*

Cos. 3. A. duriusculus fragilis polituram non admittens, granulis minoribus æqualibus.
Syst. nat. I. *p.* 147. *n.* 2. XII. 3. *p.* 61. *n.* 1. *It. scan.* 321. *Mus. Tessin.* 2. *n.* 4. 5. Cos (cotaria) particulis mere glareosis impalpabilibus friabilibus.
Wall. min. 73. Cos particulis arenosis æqualibus minoribus, coticularis.
Wall. syst. min. 1. *p.* 190. Cos arenacea, particulis subtilissimis dura, coticularis.
Wolt. min. 14. Arenarius ex arena compactus.
Carth. min. 28. Arenarius duriusculus granulis parvis æqualibus.

Cronst. miner. §. 274. 3. a. Lapis arenarius glutine incognito mollior.
Cost. fossil. 132. Saxum arenarium album sueccium.
Habitat frequens in Suecia, *potissimum* Dalecarlia, Westrogothia, Scania, *in* Polonia, *in* Germania, *potissimum* Lusatia, Saxonia, Thuringia, Hassia, Megalopolitane *Ducatu*, Holsatia, Leodio, Lotharingia, Helvetia, Transilvania & *in* Hispania, *rufa*, *flavescens*, *alba aut cinerea*, *interdum micæ particulis inspersis micans*, *testaceorum vestigiis crebro dives*, *lapidicis phthiseos genere*, *quam pulvis excitat*, *funestus*, *coti gyratili*, *coticulæ rasili*, *ædificiis*, *nobilioribus quoque interdum eorum partibus*, *statuis adeo inserviens.*

coagmentatus. 4. A. porosus aquam non transmittens, granulis paulo majoribus hyalinis.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 63. *n.* 9. Cos particulis arenaceis hyalinis disjunctis coadmentatis.
Habitat in Europa *australi*, *e cavitate rupium*, *panis triticei instar porosus*, *granulis pellucidis rigidis passim connexis.*

foraminulentus. 5. A. leviusculus exesus, aquam transmittens, granulis minoribus.
Waller. syst. miner. I. *p.* 198. *n.* 9. Cos particulis arenosis minoribus, variis foraminulis inordinate distincta.
Habitat in Ingermannia, *ædificiis*, *etiam nobilioribus adhibitus.*

Filtrum. 6. A. durus aquam transmittens, granulis æqualibus majoribus.
Syst. nat. I. *p.* 148. *n.* 8. XII. 3. *p.* 63. *n.* 10. Cos particulis arenaceis æqualibus aquam transmittendo stillans.
Waller miner. 14. Cos particulis arenosis majoribus aquam transmittens.
Waller. syst. miner. I. *p.* 197. *n.* 8. Cos particulis arenaseis puris, aquam transmittens.
Woltersd. miner. 14. Arenarius lapis porosus aquam transmittens.
Cost. fossil. 143. Saxum arenarium cinereum, Filtrum.
Habitat in insulis Canariis, *ad* novæ Hispaniæ *littora*, *in* Fennonia, Saxonia & (*prope* Libochowiz) Bohemia, *utplurimum cinereus*, *granis pellucidis angulatis*, *olim aquæ marinæ edulcandæ frustra*, *hodienum liquoribus turbidis clarificandis adhibitus.*

fundamentalis. 7. A. subdurus, granis inæqualibus angulatis majoribus subopacis.
Syst. nat. I. *p.* 148. *n.* 5. Cos solidiuscula, particulis arenaceis quartzosis subopacis subangulatis.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 64. *n.* 16. Cos particulis angulatis opacis fixis rigidis.
Waller. miner. sp. 77. *syst. miner.* I. *p.* 195. *n.* 6. Cos particulis arenosis distinctis dura vulgaris.
Cronst. miner. §. 274. 3. 3. Lapis arenarius glutine incognito.
Cost. fossil. 140. *n.* 27. Saxum arenarium.
Habitat in Anglia (*comitatu* Devoniensi & Cestriensi) & Suecia (*potissimum* Roslagiæ *maritimis*, Westrogothia, Angermannia, Westmannia, Nericia, *attactu rigidus & difficulter cæduus, mitiori igne in arenam dilabens, albus, cinereus, viridescens, fuscus, rubens, vel flavescens, aquam non bibens, satis solidus, horizontaliter fissilis ædium fundamentis inserviens.*

b. *cæmento calcario.*

crystallinus. 8. A. durus canus, crystallis rhombicis aggregatis, granis spati ope conglutinatis.
Lassone act. Paris. ann. 1777. *p.* 43.
Hacq. Shr. berl. Naturf. 2. *p.* 142.
Ferber Brmerk. in Neuf. het. &c. p. 51.
Habitat in Gallia, *prope* Metas Lotharingiæ, Cabillonum Burgundiæ, *potissimum prope* Fontem Bellaqueum *insulæ* Franciæ, *granis circiter* 5, *spato* 3 *partes constituentibus.*

stillatitius. 9. A. durus canus, forma stalactitæ.
Lassone act. Paris. ann. 1777. *p.* 43.
Habitat prope Fontem Bellaqueum Galliæ.

margaritarius. 10. A. ex granis pellucidis inæqualibus cretæ albæ ope conglutinatis.
Syst. nat. XII 3. *p.* 74. Saxum cotaceum arenæ margaritariæ quartzosum.
Habitat in Nericia Sueciæ, *superficie micante* thesselius.

Helenæ. 11. A. friabilis granis nigris cinereisque cretæ albæ ope cohærentibus.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 73. *n.* 7. Saxum cotaceum friabile calcareo-arenosum.

Habitat in insula S. Helenæ, *friabilis, calcem ustione exhibens flavescentem & arenosam.* Ekeberg.

livonicus. 12. A. canus ad aërem indurescens, granis minoribus creta alba conglutinatis.
Cronst. miner. §. 274. 2. 2. Lapis arenaceus glutine calcareo, particulis invisibilibus.
Waller. syst. miner. 1. *p.* 192. Quadrum albescens.
Habitat in Livonia, *ustione flavescens.*

scanicus. 13. A. granis viridibus pellucidis, marmore albo conglutinatis.
Cronst. miner. §. 274. 2. 1.
Habitat in Scania *prope* Backeskog.

calcarius. 14. A. cinereus, granis minoribus cretæ ope conglutinatis.
Syn. nat. XII. 3. *p.* 62. *n.* 3. *Mus. Tessin.* 2. *n.* 2. Cos particulis glareosis marmoreisque.
It. wgoth. 21. Calx hepatica.
Habitat in monte Sueciæ Kinnekulle, *stratum infimum constituens, candefactus cum sono violento dissiliens; an vere distincta species?*

Quadrum. 16. A. duriusculus, granis minoribus margæ ope conglutinatis.
Syst. nat. I. *p.* 147. *n.* 1. XII. 3. *p.* 61. *n.* 2. *Mus. Tessin.* 2. *n.* 1. 3. *Schreb. lit.* 1. Cos particulis glareosis margaceo argillaceis, bibula subeffervescens.
Waller. miner. 75. Cos particulis minimis glareosis mollis cædua.
Waller. syst. miner. 1. *p.* 191. *n.* 4. Cos particulis impalpabilibus, effervescens mollis cædua.
Vogel. miner. 110. Cos cædua, Quadrum Cæsalpini.
Worm. mus. 57. Arenarius ex Gotlandia.
Cronst. miner. §. 274. 1. 2. Lapis arenarius glutine argilla communi.
Habitat in Gotlandia & Dalecarlia Sueciæ, *in* Anglia, Germania, Gallia (*comitatu* Ruscinonensi,) *utplurimum canus, interdum griseus, flavescens aut rubens, rimas horizontales & obliquas agens, in solo humidus & facilime cæduus, ad aërem indurescens, sub dio fatiscens, in sicco bibulus, gelu dissiliens, architectorum usu clarus.*

sulphureus. 15. A. granis suilli ope conglutinatis.
Heidinger phys. Arb. eintr. Fr. zu Wien I. 4. *p.* 7. Schwefelstein.
Habitat in salifodinis Galliciæ *prope* Wieliczka.

c. *cæmento argillaceo.*

porcellanus. 17. A. granis argillæ porcellanæ ope conglutinatis.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 64. *n.* 14. Cos particulis arenaceis argillaceisque.
Cronst. miner. §. 274. 1. 1. Lapis arenaceus glutine argilla porcellanea.
Habitat in Scaniæ *fodina lithanthracum prope* Boserup, *in solo mollis, ad aërem indurescens, igne non liquandus.*

Fahlunensis. 18. A. granis minimis albis argillæ vulgaris rufæ ope conglutinatis.
Syst. nat. I. *p.* 186. *n.* 2. XII. 3. *p.* 74. *n.* 11. Saxum cotaceum rufum, atomis quartzosis albis.
Habitat Falhunæ *in* Suecia, *constituens basin cuprifodinæ.*

coloratus. 19. A. granis minoribus subæqualibus tinctis.
Syst. nat. XII. *p.* 64. *n.* 13. Cos particulis arenaceis subæqualibus colorata.
Habitat hinc inde, *flavus, viridis, cæruleus aut ruber; an distincta hujus tribus species?*

cotarius. 20. A. durus, granis æqualibus diaphanis.
Syst. nat. I. *p.* 147. *n.* 4. XII. 3. *p.* 63. *n.* 12. *Mus. Tessin* 4. *n.* 8. *It. scan.* 329. Cos particulis arenaceis quartzosis æqualibus diaphanis compactis.
Habitat passim *frequens, copiosus in* Scania, *ad aërem indurescens, sub mari salsus, hinc antequam muris inseratur, elixandus.*

friabilis. 21. A. granis minimis laxissime cohærentibus.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 63. *n.* 8. Cos particulis arenaceis digito friabilibus.
Habitat Helsingburgi *in* Scania.

fissilis. 22. A. in tabulas fissilis.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 62. *n.* 7. Cos particulis arenaceis fissilibus, lamellis fragilibus.
Waller. miner. 76. Cos lamellis fissilibus.
Waller. syst. miner. 1. *p.* 196. *n.* 7. Cos in lamellas fissilis.
Carth. miner. 28 Arenarius fragmentis fissilibus.
Habitat frequens in Suecia, Anglia, Hispania, Germania, *duritie, colore (albo præsertim & rufescente,) granorum magnitudine & pelluciditate, tabularum, in quas funditur, crassitie varians, nisi nimis sit porosus, tectis inserviens.*

glareosus. 23. A. mollis, granis minimis.
Waller. syst. miner. I. *p.* 188. *n.* 2. Cos glareosa, particulis impalpabilibus, mollis.
Habitat passim in Suecia, Anglia, *regno* Peruviano, *griseus, rubens, flavescens aut virescens.*

d. *cæmenti locum supplente calce metallica.*

amnigenius. 24. A. durus, granis parciore ferri calce conglutinatis.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 80. *n.* 38. *Mus. Tessin.* 72. Saxum lapillis sabulis ochra connatum.
Cronst. miner. §. 274. 4. Lapis arenaceus ochra martis conglutinatus.
Habitat hinc inde in Germania, Suecia, *potissimum* Ostrobothnia, *semper coloratus, ruber vel flavus, accolæ fluvii* Haukipudas *in* Ostrobothnia *sabulum e fundo fluvii effodiunt, in acervos colligunt & per unum alterumque annum sub Dio relinquunt, hoc temporis spatio ita conferruminatum, ut focum exinde struant.*

ferruginosus. 25. A. granis largiore ferri calce conglutinatis.
Cronst. miner. §. 246. 4. Eisensanderz.
Habitat passim in Germania, *ferri adeo dives, ut cum fructu eliquari possit.*

colbatifer. 26. A. granis cobalti calce conglutinatis.
Cronst. miner. §. 276. 3.
Habitat in Sueviæ *fodinis.*

cuprifer. 27. A. granis æruginis ope conglutinatis.
Cronst. miner. §. 276. 2.
Habitat in Sibiriæ, Hassiæ *fodinis.*

β) *magis compositi*

griseus. 28. A. granis inæqualibus argillæ induratæ ope conglutinatis, quartzi & ardesiæ fragmentis sæpius innidulantibus.
v. Trebra Erf. v. Inn. d. Geb. Br 5. *p.* 69. *Ilsemann & Westrumo chem. Ann.* 1785. 2. *p.* 431. & 1786. 2. *p.* 241. *Lasius Beob. ub. d. Harzgeb.* I. *p.* 141. Grauwacke.
Habitat in Sibiriæ Uralensibus, Saxoniæ (*prope* Braunsdorf,) Franconiæ (*in principatu* Coburgensi & Meinungensi,) Nassoviæ *montibus, ad* Rheni *ripas, frequentissimus in* Hercynia, *stratis cum stratis ardesiæ & lydii alternantibus, venis metallicis fœtus, argilla ex cærulescente cinereo in nigrum vergente, granis utplurimum albis, rarius virescentibus aut rubris, ceterum*

magnitudine & proportione mirifice variis, interdum spati venis exaratur, aut bitumine perfusus, aut animalium, aut vegetabilium vestigia ferens, rarius mica innidulante conspicuus.

novacularis. 29. A. granis minoribus micæ mistis.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 74. *n.* 12. *It. scan.* 80. Saxum cotaceum albo-micaceum incarnatum substriatum.
Waller. syst. miner. 1. *p.* 193. *n.* 5. Cos saxosa, particulis distinctis, arenaseo-micaseis, fragilis.
β) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 75. *n.* 13. *It. scan.* 129. Saxum (Stenonis) cotaceum flavescens, micis minutissimis nigris.
γ) *Syst. nat.* I. *p.* 186. *n.* 1. XII. 3. *p.* 74. *n.* 9. Saxum (undulatum) cotaceum subfissile rufum undatum, atomis micaceis sparsis.
Syst. nat. p. 148. *n.* 7. Cos particulis angulatis opacis, superficie undulata.
Habitat passim in montibus & rupibus arenariis, potissimum recentioribus, rufescens, β) flavescens, γ) rufus, mica alba, aut in β) nigra, illius particulis nunc oblongis & longitudinaliter congestis, nunc punctatim inspersis, coticulæ loco ad enses cultrosque acuendos inserviens, β) montem Scaniæ Stenshufwud *constituens, γ) durus in* Dalecarlia *inter* Sernam & Limam *obvius, in laminas crassas undulatas fissilis.*

molaris. 30. A. durus, ex granis inæqualibus angulatis quartzi & feldspati interspersa mica compositus.
Syst. nat. I. *p.* 148. *n.* 6. XII. 3. *p.* 64. *n.* 15. *Mus. Tessin.* 4. *n.* 10. Cos particulis inæqualibus quartzosis glareosisque.
Waller. syst. miner. 1. *p.* 199. *n.* 10. Cos particulis majoribus sabulosis diversæ naturæ coalita.
Carth. miner. 27. Arenarius durus granulis inæqualibus.
Wolt. miner. 14. Arenarius ex sabulo compactus.
Cost. foss. 137. Saxum arenarium, Lapis molaris.
β) *Syst. nat.* I. *p.* 187. *n.* 16. XII. 3. *p.* 75. *n.* 17. Saxum (molinum) cotaceo-quartzosum micaceum.
Habitat passim in Europa, *potissimum in* Sueciæ *provinciis* Uplandia, Sudermannia, Scania, β) *in* Smolandia, Westrogothia, Fennonia, *partium constituentium indole ad granitem accedens, quartzi granulis pellucidis majoribus, feldspati minimis, magis opacis & cinereis, in frumenti molendinis frequenter adhibitus.*

compactus. 31 A. durus, quartzi granis minimis ochroleucis & granati rubris.

Syst. nat. I. *p.* 147. *n.* 3. XII. 3. *p.* 63. *n.* 11. *Mus. Tessin.* 4. *n.* 7. Cos particulis arenaceis impalpabilibus compactissimis.

β) *Syst. nat.* I. *p.* 187. *n.* 14. XII. 3. *p.* 78. *n.* 28. Saxum (punctatum) micaceum fissile incarnatum, granis granatinis.

Habitat in Sueciæ *provinciis* Dalecarlia, Westrogothia, *β*) *in* Scania, *occurrens, fissilis, mica argentea interspersa distinctus.*

radians. 32. A. durus, scorli nigri columnis stellatim digestis granatique purpurei granis insperfis variegatus.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 74. *n.* 10. Saxum cotaceum striis atris radiantibus granatisque [illegible]s.

Habitat in Sueciæ *monte argenteo occidentali, pallidus.* Tidstrom.

decussatus. 33 A. durus ex albo rufescens, hornblendæ, squamis atris erectis & decussantibus varius.

Syst. nat. I. *p.* 186. *n.* 8. XII. 3. *p.* 75. *n.* 15. Saxum cotaceum quartzosum incarnatum, micis sparsis atris erectis decussantibusque.

Habitat in Suecia (Kalimorac).

frumentalis. 34. A. talci lamellis interspersis maculisque lanceolatis varius.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 75. *n.* 16. *Mus. Tess.* 72. Saxum coraceo-talcosum, maculis lanceolatis sparsis.

Habitat in Germania.

variolosus. 35. A. albus foraminibus ferrugineis pertusus aquam transmittens, granis minoribus.
Tigerstern.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 62. *n.* 5. *Mus. Tessin.* 4. *n.* 6. Cos particulis glareosis, maculis sparsis erosis ferrugineis.

It. scan. 13. Cos solidiuscula alba, cortice flavescente, maculis fuscis friabilibus.

Habitat in Nericia & Westrogothia Sueciæ, *maculis & foraminibus a pyritæ glandulis innidulantibus in ochram fatiscentibus natis.*

CLASSIS II.

SALIA.

62. NATRUM. Saporis lixivioſi.

63. BORAX. Igne ſpumans et paulo fortiori in vitri ſpeciem abiens.

64. MURIA. Aquam fortem in aquam regiam convertens.

65. NITRUM. Acido vitrioli fortiſſimo irrigatum vapores rutilos eructans.

66. MIRABILE. Cum carbonum pulvere igni candenti expoſitum ſulphur exhibens, ſolutione aquoſa a natro non turbata.

67. AMARUM. Saporis amari, ſolutione aquoſa a natro turbata.

68. ALUMEN. Saporis auſteri, ſolutione aquoſa a lixivio cærulei Berolinenſis non turbata.

69. VITRIOLUM. Saporis auſteri, ſolutione a lixivio cærulei Berolinenſis turbata.

SALIA.

62. NATRUM. Saporis lixiviosi.

Cum acidis effervescens; factas terrarum metallorum in acidis solutiones turbans.

antiquorum. 1. N. inodorum siccum purum.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 88. *n.* 1. Natrum nudum terrestre.
Woltersd. min. p. 298. Sal persicum.
Walter. miner. 181. Alcali orientale impurum terrestre antiquorum.
Wall. syst. min. 2. *p.* 61. *n.* 1. Alcali minerale impurum terrestre.
Cronst. miner. §. 135. 1. 1. Alcali minerale purum.
Just. miner. 267. Sal alcali minerale.
Habitat in Sina, Bengala, Caucasi *parte meridionali & septentrionali*, Syria, Ægypto, Nubia, Teneriffa, *meridionali potissimum* America, Dania (*in Hafniæ muris efflorescens*,) Italia (*in* Veronensis *arcis fornicibus*,) *in* Helvetiæ *antris nonnullis*; *in* Franconia (*ex mœniis* Erlangensibus e. g. *efflorescens*) Bohemia (*prope* Bilin,) & Hungaria, *heic ericeta a* Debrezino *ad* Sigethum *usque protensa vere & æstate pruinæ ad instar operiens, crebro creta, ferri calce, magis adhuc muria & mirabili inquinatum, album, & gneisso non raro efflorescens modo purum sit, totum aqua solvendum, qua sensim exhalente in crystallos abit tetraedro-prismaticas utrinque in aciem terminatas clarissimas quidem, & ad aërem cito in pulverem impalpabilem niveum fatiscentes, cum calce & oleo egregium saporem exhibens, igne facile liquescens, cum terra silicea in vitrum egregium convertendum.*

acidulare. 2. N. inodorum aqua solutum.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 63. *n.* 2. Alcali minerale in acidulis & thermis hospitans.
Habitat in acidulis & thermis *pluribus*, *etiam* Germaniæ, e. g. Selteranis, *in* Ægypti *lacubus quibusdam*, Alexandriæ & Rosettæ *interjectis*.

murorum. 3. N. inodorum cum terra calcarea commistum.
Syst. nat. I. *p.* 161. *n.* 3. *It. scan.* 299. Natrum murorum.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 88. *n.* 2. Natrum nudum calcarium.

Cartheuf. miner. 32. Alcali fixum, muris fornicatis adhærens.

Cronft. min. §. 136. Alcali falis communis terra calcarea parva portione combinatum.

Woltersd. miner. 300. Aphronitrum.

Lerch. oryctol. 44. Aphronitrum f. flos ferri ex antiquis muris.

Wall. fyft. miner. 2. *p.* 65. *n.* 3. 1. Alcali minerale calcarea terra mixtum, corporibus fuperficialiter adhærens magis compactum.

β) *Syft. nat.* I. *p.* 161. *n.* 1. Natrum marmoris.

It. oel. 147. Sal calcarium.

Habitat in muris calcis ope *exftructis* v. g. *in mœniis urbis vetuftæ tataricæ* Bolghari, β) *in* Marmore, *pruinæ inftar efflorefcens, non totum aqua folvendum.*

volatile. 4. N. fœtidum terris aliisve falibus immiftum.

Cronft. min. §. 141. 2. Alcali volatile terris mixtum.

Waller. fyft. miner. 2. *p.* 68. *n.* 1. Alcali volatile nudum terris & lapidibus inhærens.

Halinatron. β) *Waller. fyft. miner.* 2. *p.* 64. *n.* 3. b. Aphronitrum ftriatum fœtens.

Habitat in humo, creta, fuillo, argillis, β) in natro murorum, ex corporibus vivis deftructis ortum trahens.

63. BORAX. Saporis ad lixiviofum accedentis.

Subponderofa, femipellucida, nitens, inodora, fixiffima.

Aquam plurimam, ut folvatur, requirens, folutione a natro non turbata.

Igne facilime liquanda in vitrum clariffimum, & alia quoque corpora fixa fecum in vitrum convertens.

fedativa. 1. B. purior nulli natro intricata, ad aërem non mutabilis.

Hoefer fal fale fedativo naturale di Tofcana. *Flor.* 1778. 8.

Mafcagni dei lagoni del Senefe e del Volterrano. *Sien.* 1779. 8.

Habitat in Hetruria, *partim aqua soluta, partim forma glebularum utplurimum nivearum, interdum sordidarum, ardesiæ aut luto lacuum Sienensium & Volterraneorum adhærens, cum natro in verum sal neutrum abiens, squamis argenteo nitore conspicuis, attactu pinguibus constans, vix in veras crystallos cogenda, vini quoque spiritu solvenda & flammæ qua hic ardet, colorem in viridem convertens.*

Tincal. 2. B. natro dominanti juncta, in aere fatiscens.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 94. *n.* 1. Borax nudus.
Waller. miner. 191. & 192. Borax crudus cærulescens hexangularis & Borax depuratus albus octangularis.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 82. & 85. *n.* 1. 2. Borax crudus saponaceus & Borax sale alcalino minerali mixtus.
Cronst. miner. §. 138. Borax.
Grill. & Engestrom act. Stockh. 34. *p.* 317. 319. Poun.
Blane, Rovato & Saunders act. angl. 77. 2. *p.* 297. 302. & 79. 1. *p.* 97.
Habitat in India, Japonia, *regno* Tibetano & Peruano, *partim aqua soluta, ex quasicco calidoque anni tempore immensis interdum massis fundum petit, partim forma solida granorum, fabarum, crystallorum exilium semipellucidarum ad sui solutionem, frigidæ saltem aquæ multum requirens, qua partim exhalante in crystallos duras pellucidas, transversim subtilissime striatas, prismaticas, utrinque pyramide triedra terminatas, nunc hexaedras* (f. 10. 34.) *nunc tetraedras* (f. 14.) *abit, igne facilime fluens, primo in spumam niveam opacam, postea in vitrum abiens & alia etiam corpora secum in vitrum convertens, hinc metallis, præsertim nobilioribus coadunatis, gemmis arte parandis &c. inserviens.*

64. MURIA. Saporis salsi.

Facile aqua solvenda, solutione a natro non turbata.

Cum acidis dilutis non effervescens, ab acido vitrioli fortiori infuso excalefacta, effervescens & vaporem cinereum suffocantem tetri odoris eructans.

Aquam fortem in aquam regis commutans.

aquatica. 1. M. fixa decrepitans formæ cubicæ aqua soluta.

marina. α) *Syst. nat.* I. *p.* 164. *n.* 1. XII. 3. *p.* 98. *n.* 1. *Wall. Syst. miner.* 2. *p.* 55. *n.* 4. a. b. d. Muria marina.
Cronst. miner. §. 130. Sal marinum.
Woltersd. miner. 23. Sal commune nudum aquæ marinæ.

lacustris. β) *Cartheus. miner.* 37. Muria lacustris.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 56. *n.* 4. c. Sal marinum in fundis lacuum concretum.

fontana. γ) *Syst. nat.* I. *p.* 164. *n.* 2. XII. 3. *p.* 98. *n.* 2. *Waller. syst. miner.* 1. *p.* 57. *n.* 5. *Schreb. lithol.* 42. Muria nuda fontana.
Cronst. miner. §. 131. Sal fontanum.
Woltersd. miner. 23. Sal commune nudum aquæ fontanæ.

thermalis. δ) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 98. *n.* 4. Muria nuda thermalis.
Habitat α) *in mari omni;* β) *frequens in* imperii russici *partibus orientalibus & meridionalibus,* γ) *per omnem terrarum orbem, frequens quoque in* Germania, δ) Aponi *in* Italia, *aqua aëris & ignis auxilio avolante & reliquis heterogeneis separatis excocta, rarius nisi ex lacubus sicco anni tempore aut summo atmosphæram stringente frigore sponte delabens.*

montana. 2. M. fixa decrepitans sicca pura, cum vitrioli acido mirabile genuinum producens.
Syst. nat. I. *p.* 164. *n.* 3. XII. 3. *p.* 98. *n.* 3. Muria nuda fossilis.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 53. *n.* 1. Muria fossilis pura.
Cronst. miner. §. 129. Sal montanum.
Woltersd. miner. 23. Sal commune nudum solidum fossile.
Dal. pharmac. 30. *Gesn. figur.* 34. b. Sal gemmæ.

β) efflorefcens.

γ) *Muf. Teffin.* 36. *n.* 4. Muria nuda ftalacticofa perforata.

δ) forma cubica, Zielona, Grünfalz.

Habitat in vicinia fontium & lacuum falforum, *in* India, Armenia (*præfertim prope* Teflis,) Arabia, Perfia *regno* Tibetano, Sibiria (e. g. *prope* Orenburg & Ilezku,) Moldavia, Wallachia (*prope* Ocria,) Tranfilvania (*prope* Torda, Dees & Parait,) Hungaria *fuperiore* (*prope* Soowar, Marmoros, Ronafek, Eperies,) Gallicia (*prope* Wieliezca & Bochnia,) Silefia, Auftria *fuperiori* (*prope* Gmünd, Ifchel & Hablftadt,) Stiria (*prope* Auffee,) Berchtesgada, Salisburga (*prope* Hallein,) Tiroli (*prope* Halle,) Calabria (*prope* Altomonte,) Sicilia (*prope* Caftrogiovani, Camerata, la Cattolica, Regalmutto, Caltanifetta,) Hifpania (*prope* Cortona, Cervera, Valtiera & Mingranilla,) Anglia (*prope* Northwich,) *regno* Chilenfi) *provinciis* Copiapio & Coquimbo,) & Peruano (*prope* Julloma & Yocalla, & *ad fluvium* Longacallo, *etiam in* Algeria, *in hac integros paffim montes, in aliis terris immenfas, quamcumque dimenfionem refpicias, maffas conftituens, materies fontium falforum, in fragmenta granularia fecedens, nunc pellucida, nunc femipellucida, nunc diaphana, nunc recte, rarius incurvo-lamellofa; nunc parallele, crebrius incurvo-fibrofa, nunc nebulofa, aquæ guttam interdum includens, aut fphæricis fuperficiei impreffis veftigiis confpicua, intus nitens, tritura cana, utplurimum alba aut margaritacea, nonnunquam nigricans, nigra, virefcens, flavefcens, flava, rufefcens, carnea, fpadicea, violacea, lavendulacea aut cærulea aut variegata.*

impura. 3. M. decrepitans fixa ficca, eum vitrioli acido mirabile genuinum generans, terræ mifta.

α) *Waller. fyft. miner.* 2. *p.* 54. *n.* 2. Muria foffilis terra mineralifata.

β) *Waller. fyft. min.* 2. *p.* 55. *n.* 3. Muria foffilis lapide mineralifata.

Habitat in Galliciæ, Salisburgi *falifodinis*, *gypfo*, *humo*, *margæ*, *argillæ intermifta muria*, *aut argilla muriæ interfperfa.*

febrifuga. 4. M. fixa decrepitans ficca eum vitrioli acido mirabile potaffinum progenerans.

Prouft. Beytr. z. chem. Ann. 3. *p.* 466.

Habitat rarior in Hifpania, *ex aqua exhalante forma cubi delabens.*

ammoniaca. 5. M. acris igne in fumum album convertenda cum calce trita odorem alcalinum emittens, ad aërem humescens.

Cronst. min. §. 132. Sal commune alcali volatili saturatum.

α) *Waller. syst. miner.* 2. *p.* 77. *n.* 1. Sal ammoniacum in floras vel laminas concretum.

Model üb. ein natürl. oder gewachs. Salmiak. Leipz. 1758. 8.

β) *Waller. syst. miner.* 2. *p.* 78. 2. Sal ammoniacum in glebas igne subterraneo concretum.

Ferber Br. a. Welschl. 11. *p.* 182.

Habitat α) *purior diaphana in* Persia, Turchestania *potissimum*, & Calmuckia, *ex superficie terræ, vel rupibus efflorescens*, β) *in montibus ignivomis aut aliis terræ incendio devastatis*, e. gr. *in* Vesuvio, Solfatara, *in* Ætnæ *vicinia, in insulis* Æoliis, *etiam in* Angliæ *nonnulis lithanthracum fodinis, rarius pura alba diaphana, quam sulphure, alumine, vitriolo ferri tincta colore flavo, ex flavescenti cinereo, sordide pomaceo aut atro, facilime aqua solvenda, & hac avolante in spicula flexilia concrescens, modo, quo sibi mutuo nectuntur, pennæ radios referentia.*

65. NITRUM. Saporis amaricantis, refrigerantis.

Facile aqua solvendum, solutione a natro infuso non turbata.

Cum acidis dilutis non effervescens, ab acido vitrioli fortissimo infuso vapores rutilos acres suffocantes eructans.

Prunis inspersum detonans.

nativum. 1. N. fixum nudum purum non deliquescens, aqua qua solutum fuerat, exhalante crystallos hexaëdro-prismaticas utrinque pyramide hexaëdra inæquali terminatas exhibens.

Fortis del nitro minerale. Neap. 1787. 8.

E. W. Zimmermann voyage à la nitriere naturelle, qui se trouve à Molfetta en Pouille. *A Paris* 1789. 8.

Habitat in Virginia, *regno* Peruano, Hispania, Sicilia, Calabria, & *potissimum* Apulia, *album, refrigerans & putredinem arcens, igne facile liquescens, aliaque secum corpora liquans, hinc in parandis vitris, & fundendis metallis nobilioribus adhibitum, pulveris pyrii princeps mate-*

ria, aquam fortem quoque exhibens, rarius forma cryſtallorum, earumque quidem exilium, quam bracteolarum, bacillorum, cruſtæ aut efflorescentis quaſi lanæ obvium.

humoſum. 2. N. fixum ad aërem non deliqueſcens, aqua qua ſolutum fuerat exhalante in priſmata hexaedra utrinque pyramide hexaedra inæquali terminata concreſcens, humo aut cretæ miſtum.
Syſt. nat. I. *p.* 163. *n.* 1. XII. 3. *p.* 84. *n.* 1. Nitrum (nativum) humoſum.
Woltersd. miner. 23. Nitrum nudum humoſum.
Waller. miner. 165. *ſyſt. miner.* 2. *p.* 45. *n.* 1. Nitrum terra mineraliſatum.
Habitat in ædificiorum partibus humidis, ſoli & pluviæ *minus expoſitis aut maris undis crebro humectatis, his funeſtiſſimum, alba utplurimum efflorescentia ſe prodens.*

cubicum, 3. N. fixum, aqua qua ſolutum fuerat exhalante in cryſtallos rhombicas concreſcens.
Nauwerk chem. Annal. 1784. 2. *p.* 314.
Habitat utplurimum cum nitro humoſo, *rarius* e. g. *in cella quadam* Hercyniæ *inferioris ſolum ex muris efflorescens.*

flammans. 4. N. prunis inſperſum in fumum abiens, a calce intertrita odorem alcalinum ſpargens, ad aërem deliqueſcens.
Cartheuſ. miner. 38. Nitrum ſemivolatile terræ immixtum.
Habitat cum nitro humoſo.

66. MIRABILE. Saporis amari.
Paulo difficilius aqua frigida solvendum, solutione a natro non turbata.
Cum acido nullo effervescens.
Cum carbonum pulvere igni candenti expositum hepar sulphuris exhibens.

genuinum. 1. M. saporis refrigerantis igne facile liquandum, aqua qua solutum fuerat sensim exhalante in crystallos pellucidissimas prismata hexaedra inaequilatera referentes ad aërem fatiscentes concrescens.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 89. *n.* 3. δ. Natrum nudum fontanum saturatum.
Woltersd. miner. 25. Natrum nativum acidularum.
List. font. angl Hoffm. diss. de sal. carol. Sal purgans.
Cronst. miner. §. 126. Acidum vitrioli alcali minerali saturatum.
Carth. miner. 38. Natrum thermarum & acidularum.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 70. *n.* 1. Sal neutrum compositum alcali minerali & acido vitriolico.
Habitat solutum in aquis mineralibus e. gr. thermis Carolinis & *una cum muria in* fontibus salsis *multis, siccum rarius crystallorum, striae aut glebarum quam pulveris albi efflorescentis forma, in muris* e. gr. Hafniae, Hamburgi *humidiusculis*, *in vicinia* salitodinarum (v. gr. *prope* Aussee *in* Stiria,) & *in montibus* valesiacis, *natroque antiquorum intersitum in* Helvetia, Stiria, Hungaria, *remedium purgans & refrigerans eximium.*

potassinum. 2. M. saporis debilioris, igni expositum decrepitans, nec nisi fortissimo liquandum, aqua difficilius solvendum, crystallis ad aërem constantibus.
Proust Beytr. z. chem. Annal. 3. *p.* 466.
Habitat rarius cum nitro humoso in Hispania.

semivolatile. 3. M. acre igni expositum in fumos abiens ad aërem deliquescens, calci intertritum odorem alcalinum spargens.
Habitat rarius in montibus olim & nunc ignivomis.

sulphureum. 4. M. igni expositum in fumos abiens ad aërem deliquescens, calci intertritum alcalinum, ab aqua forti affusa sulphuris ardentis odorem spargens.
Habitat in montibus ignivomis, *aliisque* terræ stratis *incendium foventibus, in* Solfatara Neapolitana, *in lacubus* (Lagoni,) *etiam prope* Castel nuovo Hetruriæ, *rarius album & purum, quam sulphure, ferri vitriolo, risigallo colore cinereo, flavo vel obscuro tinctum, sæpe texturæ fibrosæ.*

67. AMARUM. Saporis amari.
Aqua facillime solvendum, solutione a natro infuso lactescente.
Ignis vi facillime liquandum, nec detonans, nec decrepitans.

genuinum. 1. A. in igne spumans, aqua, qua solutum fuerat exhalante crystallos exhibens ad aërem fatiscentes tetraedro-prismaticas, utrinque pyramide tetraedra terminatas.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 89. *n.* 3. Natrum nudum fontanum saturatum epsamense.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 71. *n.* 2. Sal neutrum compositum terra solubili alcalina & acido vitriolico.
Storr de sale alpino diss. Tubing. 1787. 4.
Habitat frequens tum solutum in aquis multis medicatis, amaritie sua efficacibus e. gr. Saidschüzensibus Bohemiæ, *tum siccum album, instar pulveris aut nivis, aut spiculorum subtilium stellatim dispositorum aut glebarum intus parallele fibrosarum ex marga, ardesiis, lapide amaro saxisque ex eo partim conflatis, etiam in vicinia lithantracum efflorescens, aut gipso inclusum in* Hispania, *lacuum* Hetruriæ *ripis*; Modena, Parma, Pedemontia, Sabaudia, Rhætia, Helvetia, Salisburgo, Croatia, Bohemia, Thuringia, Hercynia, Anglia, Normannia.

muriaticum. 2. A. in aëre deliquescens, a vitrioli acido adfuso, aut ignis paulo majore violentia vapores cinereos acres tetri odoris eructans.
Habitat solutum in aqua maris *aliisque* salsis, *aquam fortem in regiam commutans, spiritu vini quoque solvendum.*

calcarium. 3. A. in aëre deliquescens, a vitrioli acido affuso vapores cinereos acres tetri odoris, igni expositum nullos eructans.

Cronst. miner. §. 21. Terra calcarea acido salis communis saturata.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 75. *n.* 6. Sal neutrum terra calcarea & acido salis compositum.
Habitat solutum in aqua maris *aliisque* salsis, *parumper siccum tempore diu sicco prope* Hildeshemium *occurrens, similiter aquam fortem in regiam convertens & spiritu vini solvendum, solutione a vitrioli acido instillato lactescente.*

nitrosum. 4. A. in aëre deliquescens, a vitrioli acido fortiori & calido infuso vapores rutilos eructans, solutione aquosa ab eodem acido non turbata.
Habitat in humo & muris, *cum nitro humoso interdum efflorescens, in igne cum strepitu intumescens, neque prunis injectum detonans, spiritu vini solvendum, aqua, qua solutum fuerat, sensim exhalante, in crystallos tetraedro-prismaticas oblique truncatas concrescens.*

murale. 5. A. in aëre deliquescens a vitrioli acido fortiori & calido infuso vapores rutilos eructans, solusione aquosa ab eodem acido lactescente.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 46. *n.* 2. Nitrum terra calcarea mixtum, muris lapidibus aut saxis superficialiter inhærens.
Habitat utplurimum cum nitro humoso, *vini spiritu quoque solvendum.*

animale. 6. A. non deliquescens igne difficilius liquandum, ejus tamen vi vapores rutilos eructans.
Sage act. Paris. ann. 1777. *p.* 433.
Habitat passim cum nitro humoso, *ex nitri acido ossiumque terra conflatum.*

68. ALUMEN. Saporis austeri, dulciusculi.
Solutione aquosa a natro quidem, neque tamen a lixivio cærulei Berolinensis turbata.
Ignis prima vi cum spuma liquescens, in massam spongiosam abiens, vel summa ejus violentia mox vix liquandam.

Phosphoreum. 1. A. igni violentiori expositum dissiliens, ex phosphori acido & terra aluminari constans.
Proust Annal. de chim. 1. *n.* 8. *p.* 196. Grenat de Valence.
Habitat in Valentia Hispaniæ. *an hujus classis & generis?*

muriaticum. 2. A. igni violentiori expositum aut vitrioli acido fortiori irrigatum vaporem cinereum acrem tetri odoris eructans.
β) *Baldussari act. Sien.* 4. *p.* 1. &c. Sale di creta.
Habitat β) *in parte* Hetruriæ Sienensi, *tempestate sicca in solo argilloso pulveris instar progerminans, etiam in antris rupiumque fissuris lanæ aut crustæ albæ facie obvium, saporis tamen potius amari, quam austeri.*

nativum. 3. A. a vitrioli acido adfuso nullos vapores emittens, nudum siccum.
Syst. nat. I. *p.* 165. *n.* 1. XII. 3. *p.* 101. *n.* 1. Alumen nudum
Wall. miner. 171. *syst. miner.* 2. *p.* 32. *n.* 1. Alumen nativum.
Carth. min. 41. Alumen nudum purum.
Cronst. miner. §. 124. 2. 2. 1. Acidum vitrioli argilla saturatum.
α) forma pulveris efflorescentis.
β) solidum formæ communis, inconspicuum.
γ) solidum inconspicuum, forma stalactitæ.
δ) solidum serici instar nitens, intus fibrosum.
Wolt. min. 21. Alumen nativum plumosum.
ε) crystallis pyramidem tetraëdram duplicem referentibus. Fig. 23.
Habitat in Ægypto, *insula* Milo *aliisque* Archipelagi, Malta, Æoliis *multis*, *potissimum* Lipari, Volcano, Stromboli, *in* Sicilia (e. gr. *prope* Petraglia, Gampiglieri *&* *ad montem* Rosso,) *in* Vesuvio *&* Solfatara *regni* Neapoli-

tani, in *lacubus*, (Lagoni) Etruriæ, *in* Helvetia (*e. gr. ad montem* S. Gotthardi,) *in* Stiria (*prope* Schladming,) *in* Austria (*prope* Crems,) *in* Bohemia, Hungaria, Lapponia Lulensi, Suecia (*ad montem* Hunneberg.) *frequentissime in ardesiis nidulans, aut ex iis sub dio efflorescens, facile in crystallos duras, pellucidas, in aëre constantes concrescens, artificum & medicorum usu celebre.*

solutum. 4. A. a vitrioli acido adfuso nullos vapores eructans nudum, aqua solutum.

Richter chem. Annal. 1788. I. *p.* 324.

Habitat passim in Sibiria, Italia, *prope* Halam Magdeburgicam.

Halotrichum. 5. A. a vitrioli acido adfuso nullos vapores eructans siccum non deliquescens fibrosum nitoris sericei.

Scopoli de hydrargyro Idriensi tentam. Venet. 1761. *p.* 68.

Habitat in Sicilia *fodinis ad montem* Niso *in* Carnioliæ Idriensibus, *in* Hetruriæ *lacubus*, *in* Hispania *prope* Alcaunez, *in* Hungaria *prope* Neosolium, *in* Austriæ (*prope* Goettwig) & Angliæ (*prope* Whitehaven) *lithanthracibus*, *niveum ad aërem flavescens, & nitorem amittens, fibris confertis, utplurimum parallelis & incurvis, rarius stellatim dispositis.*

butyraceum. 6. A. in solo nativo flavum, molle & attactu pingue, ad aërem solidescens album cerei nitoris lamellosum.

Habitat in Sibiria, & (*prope* Muskau) *superiori* Lusatia, *parte acidi, non terræ aluminari, sed ferri calci juncta.*

terreum. 7. A. a vitrioli acido adfuso nullos vapores eructans, argillæ molli immistum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 23. *n.* 3. Alumen terra mineralisatum.

Habitat frequens in vicinia montium ignivomorum Ætnæ & Vesuvii, in insula Milo, *in* Occitania Galliæ (*inter* Vals & Asprejone,) *in* Austria (*prope* Crems,) Hungaria (*prope* Tajoba,) Lusatia *superiori* (*prope* Muskau,) Marchia *prope* Freyenwalde,) Saxonia (*prope* Torgau, Düben & Schwemsel,) Thuringia (*prope* Ekardsberg,) & Scania (*prope* Boserup,) *rarius album, quam a bitumine, quo perfusum est, fuscum, vel nigrum, tuncque utplurimum cum fumo tetri odoris, & cum flamma ardens, interdum sponte sub dio exardescens, non raro tum demum alumen suum manifestans*

romanum. 8. A. a vitrioli acido adfuso nullos vapores eructans, linguæ adhærens inquinans argillæ induratæ puriori mixtum.

Syst. nat. I. *p.* 165. *n.* 3. XII. 3. *p.* 102. *n.* 3. alumen marmoris.

Waller. miner. 174. *syst. miner.* 2. *p.* 34. *n.* 4. Alumen lapide calcareo albo aut rubente mineralisatum.

Cronst. miner. §. 124. 2. 2. 1. Argilla pura acido vitrioli imbuta.

Ferber Br. a. Welschl. 15. *p.* 238.

Mazéas act. Paris. peregr. 5.

Sc. Breislac sagg. di osserv. sulla Tolfa &c. Rom. 1786. 8.

(Andreæ) Br. a. d. Schweiz. 1763. *p.* 236.

Habitat in Helvetia, *in monte* S. Gotthardi & Bristenstock *integras excelsas rupes constituens pyritæ punctulis aut vitrioli ferri glebulis perfusas, venulis montem percurrens in* Anglia (*prope* Whitby,) & Britannia, (*prope* Poliniere,) *hinc inde in* Hetruria, *potissimum in* Statu ecclesiastico (Tolfæ *prope* Centumcellas,) *hic quoque in montes satis excelsos aggregatum, quartzi albi venis hinc inde transeuntibus, cum acidis non effervescens, post aliquam demum sub dio moram, aut ustionem alumen prodens, album, roseum, cinereum aut margaritaceum.*

commune. 9. A. ab acido vitrioli infuso nullos vapores eructans, ardesiæ bitumine perfusæ immistum.

Syst. nat. I. *p.* 165. *n.* 2. XII. 3. *p.* 101. *n.* 2. Alumen schisti.

Cartheus. miner. 41. Alumen fissili inhærens.

Woltersd. miner. 21. & 152. Alumen bituminosum lapideum & Schistus aluminosus.

Waller. miner. 173. Alumen lapide fissili mineralisatum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 35. *n.* 6. Alumen schisto mineralisatum.

Cronst. miner. §. 124. 2. 3. Argilla martialis & phlogistica acido vitrioli imbuta.

α) mollissimum attactu macrum in fragmenta trapezoidea dissiliens.

Cronst. miner. §. 124. 2. 3. 1. Schistus aluminosus lamellosus regularis.

Karst. Mag. Helv. Naturk. 3. *p.* 204.

Hoffmann bergm. Journ. 1788. 2. *p.* 550.

nitens. β) duriusculum, intus nitens undulatim schistosum attactu pinguisculum, in fragmenta indeterminata dissiliens.

Cronst. miner. §. 124. 2. 3. 2. Schistus aluminosus undulatus.

Karst. Mag. Helv. Naturk. 3. *p.* 205.
Hoffm. bergm. Journ. 1788. 2. *p.* 501.

γ) paulisper effervescens.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 35. *n.* 5. Alumen lapide calcareo bituminoso nigro mineralisatum.
Habitat in Sibiria (*montibus* Ural & Altai,) Russia Norwegia, Scania (*prope* Andrarum,) Oelandia, Westrogothia, Jemtia, Nericia, Sueciæ, Scotia, Anglia (*prope lithanthraces*,) Vogesis Helvetia, Austria (*prope* Crems & Thalern,) Bohemia (e. gr. *prope* Commotau,) Lusatia *superiori* (*prope* Muskau,) Saxonia (*prope* Braunsdorf, Belgern, Düben, Cellerode,) Voigtlandia (*prope* Reichenbach & Limbach,) Thuringia (*prope* Saalfeld,) *principatu* Leodiensi (*prope* Mallieu,) β) *in* parochia Nas Jemtiæ & *prope* Reichenbach, γ) *prope* Andrarum, *in montibus stratariis integra strata constituens, rarius globi forma, quam communi, nigrum, pyritæ miculis aut glebulis inspersis vix carens, pariter non raro demum sub dio fatiscendo, aut post ustionem alumen prodens, alumen ferri expers difficilime exhibens.*

turfæ. 10. A. ab acido vitrioli infuso nullos vapores eructans, turfæ immistum.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 33. Alumen turfa mineralisatum.
Swab act. Stockh. 28. *p.* 37.
Habitat in Scania (*prope* Helsinburg) & Gallia (Beauvaisis).

69. VITRIOLUM. Saporis austeri.

Solutione aquosa tum a natro tum a lixivio cærulei Berolinensis turbata.

Mollissimum, sub dio fatiscens.

Ignis vi aquæ instar liquescens, eaque perseverante veram metalli calcem relinquens.

magnesii. 1. V. roseum, solutione aquosa a natro infuso sedimentum ochroleucum, a lixivio cærulei Berolinensis viridulum dimittens.
v. Born ind. foss. 1. *p.* 51.
Habitat in Herrengrund *prope* Neosolium Hungariæ. *An vere ex magnesio & vitrioli acido conflatum?*

niccoli. 2. V. viride, solutione aquosa a natro infuso sedimentum ex albo viride dimittente.
Cronst. miner. §. 123. 2. 4. Vitriolum ferrum & nickolum continens.
Habitat in Helsingiæ *fodinis* Suecicis *prope* Loos, *niccolo ochraceo inhærens, præter niccolum ferrum quoque continens.*

zinci. 3. V. album, a natro & lixivio cærulei Berolinensis infuso sedimentum album dimittens, aqua qua solutum fuerat, exhalante in prismata tetraedra utrinque pyramide terminata concrescens. Fig. 9.
Syst. nat. I. *p.* 166. *n.* 4. XII. 3. *p.* 104. *n.* 3. Vitriolum (album) zinci album dodecaedrum prismaticum.
Brandt act. Upf. 1735. *Waller. miner.* 167. *syst. miner.* 2. *p.* 24. *n.* 3. *Cronst. miner.* §. 122. 3. Vitriolum zinci.
Woltersd. miner. 21. Vitriolum nativum album zinco impraegnatum.
Habitat in Sueciæ, Hercyniæ, Bohemiæ, Austriæ, Hungariæ *fodinis zinci mineras exhibentibus, ex his farinæ instar efflorescens, interdum stiriæ, rarius communi aut crystallina obvium, vix unquam ferri expers, hinc a gallarum tinctura instillata solutio ejus nigricat, usu medico ophtalmico & emetico celebre.*

cupri. 4. V. cæruleum acre solutione aquosa a natro volatili largiter infuso suavissime cærulescente.
Syst. nat. I. *p.* 166. *n.* 2. XII. 3. *p.* 104. *n.* 2. Vitriolum (cyprinum) cupri cæruleum dodecaedron.
Amæn. acad. 1. *t.* 12. *f.* 24. *Cronst. miner.* §. 122. 2. 1. 1. 2. Vitriolum veneris f. cyprinum.
Woltersd. miner. 21. Vitriolum nativum viride cupro impraegnatorum.
Waller. miner. 165. *syst. miner.* 2. *p.* 20. *n.* 3. Vitriolum cupri cæruleum nativum.

hermaphroditum. β) ferreo cupreum cyaneum. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 105. *n.* 4.
Waller. miner. 168. *n.* 1. *syst. miner.* 2. *p.* 26. *n.* 4. a. Vitriolum mixtum cupro & ferro.
Cronst. miner. §. 123. 2. 1. Vitriolum cuprum & ferrum continens.

cupratum. γ) V. zinceo-cupreum cæruleum. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 105. *n.* 7. *Waller. syst. miner.* 2. *p.* 26. *n.* 4. d.
Cronst. miner. §. 123. 2. 4. Vitriolum cupro zinceum.

triplum. δ) V. ferreo-zinceo-cupreum cyaneum. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 105. *n.* 5.

Waller. miner. 168. *n.* 2. *syst. miner.* 2. *p.* 26. *n.* 4. b. Vitriolum cupro ferreo-zincinum.

Cronst. miner. §. 123. 2. 2. Vitriolum & ferrum & zincum & cuprum continens.

Habitat crebrius solutum in aquis fodinarum Irlandiæ (*prope* Wicklow,) Galliæ (*prope vallem* Lescriner,) Elbæ, Siciliæ (*prope* Gampiglieri *&* Petraglie,) Venetarum (*prope* Agorth,) Rhætiæ, Cypri, Hungariæ (*prope* Neosolium *&* Schmœlniz,) Bohemiæ (*prope* Frankenau, Kuttenplan *&* Grosliz,) Saxoniæ (*prope* Altenberg.) Hercyniæ (*ad montem* Rammelsberg,) Hassiæ (*prope* Silberg,) Sueciæ (*prope* Fahlun,) Norwegiæ *&* Sibiriæ *quam siccum, ex cupri mineris sulphureis fatiscentibus efflorescens, rarissime, e. gr. in* Austria (*prope* Spiz,) Transilvania (*prope* Salatina) *&* Sibiria (*ad montem* Altai *in fodinis* Locewskensibus,) *nunquam non præter cuprum aut ferri aut zinci aut utriusque majorem minoremve copiam continens, cæruleo colore, dum fatiscit, in flavidum abeunte, nauseosum, amarum, injecto solutioni aquosæ ferro cuprum metallicum utplurimum dimittens.*

ferri. 5. V. viride, solutione aquosa a natro infuso sedimentum ochraceum dimittente, a gallarum tinctura nigricante, nudum.

Syst. nat. I. *p.* 166. *n.* 1. XII. 3. *p.* 104. *n.* 1. Vitriolum (martis) ferri viride hexaedrum.

Cronst. miner. §. 122. 2. 1. 1. 1. Vitriolum martis simplex.

Woltersd. min. 21. Vitriolum nativum viride martiale.

Waller. miner. 166. *syst. miner.* 2. *p.* 22. *n.* 2. Vitriolum ferri viride nativum.

ferratum. β) V. zinceo ferreum viride. *Syst. nat. p.* 105. *n.* 6.

Cronst. miner. §. 123. 2. 3.

Habitat tum solutum in aquis mineralibus & fodinarum nonnullis, tum siccum rarius omni cupro liberum, interdum zinco inquinatum, facilius congeneribus & in pulverem quidem flavescentem fatiscens, saporis adstringentis, solutione aquosa a gallarum infuso in attramentum convertenda, a lixivio sanguinis cæruleum Berolinense dimittente, in montibus ignivomis & ardentibus, in lithanthracum, ferri, aliisque fodinis, ex quibus pyrites similesque mineræ eruuntur, in regno Neapolitano (*in* Vesuvio

ſuvio & Solfatara,) Sicilia (*prope* Petraglie & Gampigliari,) Elba, Hetruria (e. gr. *in lacubus* Sienenſibus, Hungaria, Carniolia (*prope* Idriam,) Auſtria (*prope* Goettwig) *terris* rhenanis (e. gr. *bipontinis mercurii fodinis*,) Hercynia (*in monte* Rammelsberg,) Saxonia (*prope* Raſchau & Annaberg,) & Anglia (*prope* Whitehaven,) *farinæ, lanuginis aut cruſtæ albæ facie ex pyritis efflorefcens, interdum ſtiriæ forma, aut glebarum, intus nonnunquam parallele fibroſarum & ſericeo nitore nitentium obvium, medicorum, pictorum, tinctorum aliorumque artificum uſu multiplici clarum.*

terreum. 6. V. ſolutione aquoſa a gallarum tinctura nigricante, terræ miſtum.

Wall. ſyſt. min. 2. *p.* 26. Vitriolum terra mineraliſatum.

Habitat paſſim in Italia e. gr. *in* Solfatara, *prope* Viterbo & Monte fiaſcone, *in* Hungaria (*prope* Cremniz,) *terra utplurimum argillacea, flavum, rubrum, cæruleum, viride aut nigrum.*

atramentarium. 7. V. ſolutione aquoſa a gallarum tinctura nigricante, lapidi intermiſtum non ſchiſtoſo.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 106. *n.* 8. Vitriolum mineraliſatum lapide friabili.

Cartheuſ. miner. 45. Vitriolum lapide immiſtum.

Wolterds. min. 49. Vitriolum rude minerali alio miſtum.

Waller. miner. 170. *Baum. miner.* 2. *p.* 85. Lapis atramentarius.

Waller. ſyſt. miner. 2. *p.* 27. *n.* 6. Vitriolum lapide mineraliſatum.

Chalcitis. α) rubrum.
Sory. β) cinereum.
Melanteria. γ) nigrum.
Miſy. δ) flavum.

Habitat in Herciniæ *monte* Rammelsberg, *ex pyrite fatiſcente natum.*

ſchiſti. 8. V. ſolutione aquoſa a gallarum tinctura nigricante, ardeſiæ miſtum.

Habitat in Franconia, *prope* Creilsheim, *a pyrite inſperſo, fatiſcente natum.*

turfæ. 9. V. solutione aquosa a gallarum tinctura nigricante, turfæ immistum.

Cronst. miner. §. 282. 2. 2. 1.

Habitat in Sueciæ *palude* (*monti* argenteo orientali *vicina*,) *in* Borussia (*prope* monasterium Olivæ ,) Saxonia (*prope* Schmiedeberg) & Gallia (*terra* Beauvaisis,) *nunquam cum flamma ardens.*

CLASSIS III.

PHLOGISTA.

70. TURFA — Ex fibris vegetabilium bitumine perfusis contexta.

71. BITUMEN. — Igni expositum odorem gravem spargens.

72. MELLITES. — Cryftallorum forma confpicuus.

73. SUCCINUM. — Igni expofitum odorem fuavem fpirans, paulo difficilius liquefcens.

74. AMBRA. — Igni expofitum odorem fuavem fpirans, facilime liquefcens.

75. GRAPHITES. — Solus difficilime exardefcens.

76. SULPHUR. — Cum flamma cærulea & vapore acido fuffocante ardens.

PHLOGISTA.

70. TURFA.

Coloris utplurimum obſcuri, texturæ magis minuſve fibroſæ.
Cum vapore naribus ingrato oculiſque infeſto utplurimum ardens.
Ex radiculis aliiſque vegetabilium partibus minus magiſve alteratis & bitumine perfuſis compoſita.

ceſpitoſa. 1. T. albida levis facile cum flamma paucoque vapore celeriter in cineres converſa.

cricetorum. α) T.

muſcoſa. β) T.

Habitat potiſſimum in ericetis, *terræ ſuperficiem tegens, aut ſolo humi ſtrato contecta, ſæpe congeneribus ſtratis amplioribus profundius ſitis, ex ericæ muſcorunque radicibus vix alteratis nata, hinc pallida, cana, aut ochroleuca, adeo levis, ut fruſtum 14 pollices longum, 6 latum, & 4 altum pondere non niſi 13-15 uncias æquet, ardendo oculis & naribus minus ingrata, at fugacem modo & leviſſimum calorem præbens, plurimoſque cineres relinquens.*

foliata 2. T. texturæ ad lamelloſam accedentis.

Cronſt. miner. §. 291. 5. 2. 1. 2.

Habitat paſſim in paluſtribus, *in exiles colles aggregata, ex pluribus ſtratis inæqualibus chartæ foliorum ad inſtar ſeparabilibus conſtans, vegetabilibus, ex quibus componitur jam paulo magis alteratis, quam in ceſpitoſa.*

maritima. 3. T. tardius & cum fœtore oculis naribuſque infeſtiſſime ardens.

Waller. ſyſt. miner. 1. *p.* 20. *n.* 6. b. Darry.

Habitat ad littora maris *depreſſiora, in vicinia quoque* fontium ſalſorum, *ſatis ponderoſa, coloris obſcuri, calorem, quam ceſpitoſa, longe majorem, ardendo ſubminiſtrans, at difficilius exardeſcens.*

paluſtris. 4. T. obſcuri coloris ad aërem conſolideſcens & citius cum vapore magis tolerabili exardeſcens.

Syſt. nat. I. *p.* 209. *n.* 2. XII. 3. *p.* 210. *n.* 6. Humus vegetabilis intertexto fibroſa ſicco induranda.

Waller. miner. 11. Humus vegetabilis turfacea fibrosa.
Waller. syst. miner. 1. *p.* 21. *n.* 7. Humus fibrosa combustibilis.
Cartheus. miner. 53. Humus densa radicibus vix mutatis intertexta.
Habitat in omnis *fere* telluris paludibus *cespitosa, cui sæpius subjacet, magis ponderosa, ita ut frustum* 14 *pollices longum*, 6 *latum*, & 4 *altum libram* $1\frac{1}{4}$, $1\frac{1}{4}$ *pondere æquet, egregium fuci in multis terris pabulum v.* Degner *diss. de turfis. Ultraj.* 1729. 8. J. Beckmann *Beytr. z. Gesch. d. Erf. vol.* 2. *n.* 2.

picea. 5. T. coloris obscuri ad aërem consolidescens attactu pinguiuscula bitumine largius perfusa, hinc majore cum æstu & fœtore ardens.
Cronst. miner. §. 284. 2. 1. 1. & §. 291. 5. 2. 1. 1. Turfa solida aëre indurescens.
Habitat tum in montium, *etiam altiorum & ex granite potissimum constatorum* planitie, *tum in aquis* stagnantibus, *ex his*, *in* Belgio *præsertim, piscaturæ specie eruta* (Baggertorf,) *egregium, etiam in carbonem versa, modo caute facta sit ustio, ignis pabulum, congeneribus magis ponderosa, ita ut frustum*, 14 *pollices longum*, 6 *latum*, & 4 *altum*, *libras duas pondere æquet.*

71. BITUMEN. Facile cum flamma exardescens, ardendo odorem gravem spargens, pingue.

Naphtha. 1. B. fluidum albicans volatile maxime inflammabile.
Syst. nat. I. *p.* 168. *n.* 1. XII. 3. *p.* 109. *n.* 1. Bitumen fluidum albicans.
Waller. miner. 192. *syst. miner.* 2. *p.* 89. *n.* 1. *Carth. miner.* 47. Bitumen fluidissimum levissimum.
Woltersd. min. 24. Oleum montanum ignem attrahens, *Kæmpf. amoen. exot.* 273. *S. G. Gmelin it.* 3. *p.* 43. Naphtha albicans.
Pfiland. act. Paris. 1736. *Cronst. miner.* §. 146. 3. 1. 1. Naphtha.
Habitat potissimum in Persiæ *borealis peninsula* Abscheron *prope* Baku, *odoris summopere penetrantis, adeo levis ut ipsi vini spiritui superinnatat, adeo volatilis, ut exhalationibus suis atmosphæram regionis*, *in qua occurrit*, *impleat*, *magnorum redituum fons largus.*

Petroleum. 2. B. liquidum tinctum.

Syst. nat. I. *p.* 168. *n.* 2. XII. 3. *p.* 109. *n.* 2. Bitumen liquidiusculum fusco-rufescens.

Waller. miner. 194. *syst. miner.* 2. *p.* 90. Bitumen fluidum crassius.

Cartheus. miner. 47. Bitumen fluidum spissiusculum.

Woltersd. min. 24. Oleum montanum luteum s. badium.

Cronst. miner. §. 147. 2. Petroleum.

Ariost. oleum montis Zibini. Mutin. 1698. 12.

Bouillet. mém. sur l'huile de petrole de Gabian. Beliers 1752. 4.

Habitat nunc aquis innatans in Persiæ (*s. antiquæ* Mediæ) *peninsulis* Boral & Abscheron, *in* Sibiria (e. gr. *prope* Semenowa,) *in* Westphalia (*in lithantracum fodinis* Mindensibus,) Bavaria (*prope* Tegernsee,) Helveria (*prope* Bernam & Catonoy,) *in* Alsatia, Alvernia, Vasconia, & (*prope* Gabian,) Occitania Galliæ, *in* Sicilia (*prope* Petraglie,) & *potissimum in Ducatibus* Parmensi, Placentino & Mutinensi, *præsertim ad montem* Chiaro & Zibio, Dacia, *potissimum prope* Herschan, *nunc ex terris, potissimum calcareis, aut ferri mineris guttatim quasi exsudans in* Suecia (*in parochia* Rættwick & *in monte* Osmund & Mosseberg,) Scotia (*prope* Edinum,) Marchia (*prope* Freyenwalde,) Austria (*prope* Gæming,) Wirtembergia (*prope* Boll,) Alsatia (*prope* Sulz,) *odoris minus ingrati, cum flamma cærulea ardens, vini spiritui innatans ad aërem spissescens et nigrescens, alias flavescens, rufescens, aut subfuscum, rarius rude nigricans, membris contra frigus muniendis aliisque usibus inserviens.*

Maltha. 3. B. spissum nigrum, digitis tangentibus adhærens.

Syst. nat. I. *p.* 168. *n.* 3. XII. 3. *p.* 110. *n.* 3. Bitumen tenax nigrum.

Waller. miner. 195. *syst. miner.* 2. *p.* 92. *n.* 3. Bitumen segne crassum nigrum.

Cronst. miner. §. 148. Petroleum tenax.

Woltersd. miner. 24. Oleum montanum liquido tenax.

Habitat, utplurimum aquis innatans, in mari mortuo Palæstinæ, *prope* Babyloniam, *in* Arabia (*prope* portam inferni,) *in* Persia, Sinæ *lacubus insignibus*, Sibiria (*prope* Semenowa & Jacuschkina,) *in* Sueciæ *fodinis* (Dannemorensi & Moos,) Anglia (*in* Colebroockdale,) Gallia (*prope* Clarimontum,) Sicilia (*prope* Leonforte, Bicorne, Girgenti, Polizzi, Canallote, Symmete,)

Helvetia (*prope* Orbe, *in balneo* Nydelbad & valle Leoben,) *in insula* Barbados & *vicinis interdum ex terris calcariis exstillans.*

elasticum. 4. B. fuscum solidum elasticum.
Grosecke Bergbauk. 1. *p.* 400.
la Mether. journ. de phys. 1787. *oct. p.* 311.
Habitat cum spato & galena in fodinis Anglicis *comitatus* Derbyensis *resinæ vegetabili, quam vocant elasticum, simillimum, ut tamen vitrioli naphtha non solvatur.*

Mumia. 5. B. nigrum inodorum calore leni emolliendum.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 110. *n.* 4. Bitumen subfriabile piceum.
Hasselq. it. 537. Mumia mineralis.
Kæmpfn. amoen. exot. fasc. 2. *p.* 430. & 3. *p.* 517. *Pharm. Wart.* 119. Mumia nativa persica.
Habitat in Persiæ *provincia* Duraab *in antro montis* Caucasici Benna, *ab imperantibus clauso & mirifice custodita picem sutoriam prima facie referens, insipidum, prunis injectum petroleum olens, ut tamen aliquid sulphurei odoris intersit, e naphtha indurata, ut videtur, natum, Persis maximo pretio habitum, & addita tertia aut media ceræ parte vulnerarii loco crebro adhibitum.*

Asphalthum. 6. B. opacum, coloris obscuri igne facilime liquescens cum spiritu nitri fumante effervescens, nitens.
Syst. nat. I. *p.* 163. *n.* 4. A. XII. 3. *p.* 110. *n.* 5. Bitumen friabile atrum.
Cartheus. miner. 48. Bitumen solidum fragile glabrum nitidum nigrum.
Waller. miner. 195. *syst. miner.* 2. *p.* 93. *n.* 4. Bitumen solidum coagulatum friabile.
Woltersd. miner. 25. Pix montana dura fragilis nitida.
Cronst. miner. §. 149. 3. 1. Petroleum induratum.
Habitat nunc in aliis phlogistis, aut terris calcariis, aut arenariis nidulans, aut venarum instar hæc percurrens, rarius ipsum strata constituens, aut, quemadmodum in planitie (Turlane) *insulæ* Trinitatis, *terræ superficiem tegens, solis æstivi ardore liquescens, alias in maritimis* novæ Hispaniæ, *portu avana, ad fluvium* Wolga & *in promontorio septentrionali* Caucasi, *in* Norwegia (*prope* Kongsberg,) Suecia (*in* Oelandia & *prope* Dannemora,) *in* Dania, Anglia (*prope* Colebrookdale,) Gallia, Italia (*prope* Belluni,) Transilvania, Silesia, (*in principatu*

Schweidniz,) Saxonia (*prope* Grosvoigtsberg, *circulo salico*,(*prope* Langenbogen,) Hercynia (*in monte* Iberg,) *comitatu* Marchienfi, Naffovia (*prope* Kirchheim) & Palatinatu (*prope* Moersfeld & Spizenberg,) *ad candelam facilime liquefcens*, *ceræ figillatoriæ*, *oleo folutum vernici nigræ inferviens*, *nunc facilius nunc difficilius ardens rarius totum flamma confumtum*, *quam fcorias nitentes nigras fragiles relinquens*, *frequentius nigrum aut fufcum*, *quam flavum*, *rarius in loco natali* e. gr. *in montibus* Carpathicis *ceræ inftar molle*, & *fine fumo aut fuligine ardens*, *aut* e. gr. *prope* Jaffy *in* Moldavia, *manu calida jam emolliendum*, *aut* e. gr. *in principatu* Neocomenfi (*prope* Valtravers) *ejus tenacitatis*, *ut paftæ inftar cultro incidi queat*.

Ampelites. 7. B. nigrum opacum fragile intus terreum.

Syft. nat. I. *p.* 168. *n.* 5. XII. 3. *p.* 110. *n.* 6. *Muf. Teffin.* 40. *n.* 1. *Schreb. lith.* 49. Bitumen humi turfæ.

Waller. miner. 197. *fyft. miner.* 2. *p.* 96. *n.* 5. Bitumen terra mineralifatum folidum friabile.

Carth. miner. 48. Bitumen folidum terreftre friabile.

Woltersd. miner. 25. Pix montana rudis cefpitibus intertextis.

Cronft. miner. §. 149. 3. 2. Pix montana impura.

Habitat in Sibiria & *paffim per* Europam, e. gr. *in* Lotharingia, Helvetia, Suecia, *fcorias multas plumbei coloris poft uftionem relinquens*.

Gagas. 8. B. compactum nigrum opacum tenax texturæ conchaceæ intus nitens, natans.

Syft. nat. XII. 3. *p.* 111. *n.* 8. Bitumen folidum purum natans.

Wall. miner. 199. Bitumen duriffimum lapideum purum.

Waller. fyft. miner. 2. *p.* 106. *n.* 7. Bitumen duriffimum purum polituram admittens aquis innatans.

Woltersd. miner. 25. Pix montana dura compacta polituram admittens.

Cronft. miner. §. 283. 3. 1. 1. 1. Vegetabile lithanthrace impraegnatum.

Vogel. miner. 327. *Baum miner.* 1. *p.* 34. Gagas.

Habitat fæpius ipfum ftrata conftituens, *aut in lithanthrace nidulans*, *in montibus ftratariis*, *ad pontum* Euxinum, *ad fluvium* Syrjak *imperii* Ruffici, *in* Scania (*prope* Boferup,) Norwegia (*prope* Kongsberg, Islandia, Scotia,

Anglia (*potissimum in* Leicestria *&* Lancastria,) *in* Hispania (*prope* Valenciam, Arenas *&* Bellonico,) *in* Gallia, Sicilia (*prope* Petraglie, Paterno, compigliare, Bronte, Cataneam *& passim in vicinia* Ætnæ,) *in* Wirtembergia (*prope* Balingam *& thermas* Boltenses) *in* Saxonia (*prope* Lipsiam) *&* Silesia (*prope* Waldenburg *&* Tannenhausen,) *interdum venis selenitæ, aut striis lithanthracis vel argillæ fissilis varium, adeo tenax ut tornari possit, atque egregiam polituram admittens, frictione excalefactum potentius aliis phlogistis mineralibus solidis leviora corpora trahens, igne leni ebuliendo liquescens, igne etiam leni exagitatum tetrum odorem spargens, cineres canos ferriferos facile in vitrum abeuntes relinquens, variis operibus oleoque solutum vernici nigræ inserviens.*

Lithanthrax. 9. B. opacum nigrum fragile cum flamma ardens, & ardendo fumum nigrum eructans.

Syst. nat. I. *p.* 168. *n.* 6. XII. 3. *p.* 111. *n.* 7. *Mus. Tessin.* 42. *n.* 3. Bitumen schistosum.

Waller. miner. 198. Bitumen lapide fissili mineralisatum.

Wall. syst. min. 2. *p.* 98. *n.* 6. Bitumen lapideum schisto vel aliis terris mixtum & induratum.

Woltersd. miner. 25. Pix montana dura rudis fragilis.

Cronst miner. §. 157. 2. Phlogiston argilla mixtum.

Triewald. act. Stockh. 1740. &c. Stenkol.

Tilly sur l'exploitation du charbon de terre. Paris 1758.

Breuling sylva subterranea. Hal. 1693. 12.

Habitat in plurimis telluris, *etiam* Europæ, *potissimum* Angliæ *montibus stratariis, præsertim ex marmore aut ardesia fabrefactis, aluminis vitriolique mineris, fontibus salsis & mineralibus, basaltæ quoque columnari sæpe vicinum, argilla fissili fatiscente bitumine perfusa non raro sese prodens, strata nunc ampliora, nunc tenuiora, plurima utplurimum sibi incumbentia stratis aliis discreta constituens, horizonti nunc magis nunc minus parallela, sæpius pyrite fœtum, hinc accensum sulphuris vaporem eructans, non raro iridis coloribus in superficie ludens, rarius cubicum, texturæ nunc conchaceæ, nunc schistosæ, interdum fatiscens & inquinans, optimum fuci pabulum.*

Sevum. 10. B. album subfragile natans, facile cum flamma cærulea ardens.

Act. Stockh. 5 *art.* 1. 2. *Vogel mineralf.* 343. Sevum minerale.

Habitat in Fennonia *in maritimis pago* Narko *vicinis*, & *ad* lacum Loja, *in amygdalorum oleo calido*, & *si quidem alcali acuatur ipso vini spiritu solvendum, ambra levius celeriter cum multo fumo ardens, sevum referens, an hujus regni.*

72. MELLITES. Mollis fragilis, pellucidus, vitreo nitore nitens, texturæ conchaceæ, submelleus.

Pyramis tetraedra duplex, faciebus lævissimis.

Werneri. 1. MELLITES. *Karst. Lesk. Mineralkab.* 1. *p.* 334.

Habitat in Saxonia *prope* Artern *in stratis ligni subterranei bituminosi*, & *in* Helvetia, *in asphalto nidulans*; *coloris inter melleum & hyacinthinum intermedii, in fragmenta indeterminata dissiliens, crystallis minutis aggregatis vel sparsis, distinctas interdum easque duplices pyramides tetraedras referentibus, an distincti generis?*

73. SUCCINUM. Leviusculum flavum, intus nitens, texturæ conchaceæ, tenax, frictione aut igne excalefactum suaveolens, & corpora leviora reliquis phlogistis potentius trahens.

Igne agitatum sal acidum siccum sui generis præbens.

electricum. 1. SUCCINUM.

Syst. nat. I. *p.* 167. *n.* 2. Electrum diaphanum solidum.

Cartheus. miner. 48. Bitumen solidum durum nitidum suaveolens.

Wall. miner. 200. 201. Succinum pellucidum & opacum.

Copal *potius ad succos vegetabiles pertinet.*

Waller. syst. miner. 2. *p.* 108. Succinum durius europæum.
Cronst. mineral. §. 145. Succinum.
Habitat frequentissimum ad littora maris Baltici, *præsertim* Borussiæ *finitima* , *rarius ad littora* maris glacialis, & *in media* terra continente, e. gr. Sibiria, Russia *minori*, Borussia & Pomerania *utraque*, Marchia Brandenburgica, *Ducatu* Bremensi (*prope* Osterholz) & Hannoverano (*prope* Blumenau, Wiel & Gartow,) Saxonia (*prope* Schmiedeberg, Grosswig & Mehren,) Silesia, Bohemia (e. gr. *prope* Scaliz,) Austria (*prope* Grienzing & Kirchbach,) Wirtembergia, Helvetia (*prope* Scaphusium,) Gallia (e. gr. *prope* Bucharach,) Hispania, *potissimum in Asturia, in Ducatu* Mutinensi & Sicilia (e. gr. *prope* Cataneam,) *colore flavo nunc, in ochroleucum nunc in virescentem, nunc in fuscum, rarius in nigricantem, frequentius in rubrum vergente, vinaceo, melleo, cereo, hyacinthino, nunc pellucidum, nunc diaphanum, nunc opacum, nunc diaphanum nubeculis venisque opacis turbidum, polituram egregiam admittens, formæ utplurimum communis, rarius stalactiticæ, interdum ligno subterraneo adhærens, aut inclusum, sæpe insectis, creberrime silvaticis, inclusis, rarius plantarum vestigiis impressis conspicuum, medicorum usui, suffimentis, vernicibus inserviens, originis vegetabilis, diuturna tamen infra terram mora mirifice alteratum.*

74. AMBRA. Natans, inconspicua, opaca, fragilis, ceræ instar mollis, inter dentes tenax, ut illis adhæreat.
Ambrosiaca, calore aquæ bulientis liquescens, facile exardescens cum flamma alba, & fumo cinereo, tota flamma consumpta.

maritima. 1. AMBRA.
Cronst. miner. §. 144. Ambra grisea.
ambrosiaca. α) Ambra grisea. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 107. *n.* 1. *Rumpf mus.* 262. *t.* 53. 54. *Pharm. Wirt.* 13.
Syst. nat. I. *p.* 167. *n.* 1. Electrum opacum tenax.
Woltersd. miner. 25. Ambra colore griseo optima.
Waller. miner. 204. *syst. miner.* 2. *p.* 118. Ambra variegata.

Cartheus. miner. 49. Bitumen solidum molli opacum suaveolens.

vulgatior. β) Ambra unicolor fusco-nigricans. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 107. *n.* 2.
Waller. miner. 205. *syst. miner.* 2. *p.* 119. *n.* 2. Ambra unicolor.
Woltersd. miner. 25. Ambra colore vario.
Habitat ad littora insularum Moluccarum, Sumatræ, Madagascar, Æthiopiæ, Malabariæ, *rarior in borealibus, in fragmenta crustosa secedens, texturæ granulatæ, ossium sepiæ fragmenta sæpe continens, odore suo tineis infesta, hominibus multis grata, in animi deliquiis nervorumque morbis, aliis arcendis efficax, vilior & minus pura unicolor alba, cinerea, nigra, fusca, flavescens, melior striis, punctis, venis, maculis flavis, nigris, albis marmoris instar variegata hæc pretiosa. An potius excrementum animale?*

75. GRAPHITES. Ex phlogisto potissimum compositus, fixus & non nisi nitro intercedente inflammabilis. Niger, opacus, attactu pinguiusculus, mollissimus, subfragilis, inquinans, opacus, nitens, facile in fragmenta indeterminata dissiliens.

Plumbago. 1. Gr. nitoris metalici, texturæ schistosæ. *Scheele Act. Stockh.* 40. 1779. *p.* 238.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 121. *n.* 1. * β) Molybdænum tritura cærulescente impalpabile & subsquamosum.
Mus. Tessin. 54. Zincum fusco inquinans.
Woltersd. miner. 31. Ferrum nigricans splendens, unctuosum inquinans.
Cronst. miner. §. 153. 2. 2. 3. Sulphur ferro & stanno saturatum, textura chalybea micacea & granulata.
Wall. miner. 126. Mica pictoria nigra manus inquinans.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 249. *n.* 14. Ferrum corrosum volatile mineralisatum, minera nigrescente squamosa pictoria magneti refractaria.
Habitat, utplurimum in argilla & granite nidulans, in Groelandia, Scotia (*prope* Dumphrey,) Anglia (*prope*

Barrodal,) Hispania (*prope* Cazella,) Pyrenæis (*prope* Isseaux,) *electoratu* Trevirensi (*prope* Rheinbreidenbach,) Wirtembergia (*prope* Alpirspach,) *ad* Ratisbonam, *in* Austria (*prope* Hafnerzell & Pfaffenmuth,) Hungaria (*prope* Schemniz,) Glazia (*prope* Reinerz,) Bohemia (*prope* Blatte & Stuncard,) Saxonia (*prope* Johanngeorgenstadt, Sedisdorf, Ehrenfriedersdorf & Marienberg & *passim in* Suecia, *in fragmenta subtilissime granularia secedens, interdum ochra ferri intermista in fuscum colorem vergens, ferri nunquam expers, ut creberrime* $\frac{1}{10}$ *ejus contineat, aëre fixo præterea prægnans, pennis scriptoriis, pileis tingendis, argillæ intermista catillis fusoriis inserviens.*

Carbo. 2. Gr. texturæ conchaceæ in fragmenta discoidea dissiliens.
Wiedenm. bergm. Journ. 1789. I. *p.* 609.
Klapr. chem. Ann. 1790. I. *p.* 293.
v. Fichtel Karpath. p. 666.
Habitat in Hungaria (*prope* Schemniz, *in stratis tenuibus aut venis argillæ atræ induratæ innidulans, prope* Tscherweniza *matricem opali venæ instar percurrens,*) Bedemontio, Gallia Voigtlandia (*prope* Liebschwiz) & Norwegia (*prope* Kongsberg,) *igne candente* $\frac{2}{10}$ *sui ponderis amittens, superstite parte ultra dimidium ex terra aluminari, ceterum ex ferri calce & terra silicea conflata.*

Fuligo. 3. G. intus aterrimus, colore nigerrimo inquinans.
Habel Schr. berl. Naturf. 10. *p.* 75. Natürlicher Rufs.
Habitat in Nassoviæ *fodinis lithanthracum prope* Duttweiler, *strata tenua his interserta & incumbentia constituens. An distincta hujus generis species?*

76. SULPHUR. Ex vitrioli acido & phlogisto conflatum.

Leni igne cum tenacitate, colore hepatico odoreque sibi proprio liquescens, accedente aëre in flammam cæruleam exardescens & vaporem suffocantem tincturas vegetabiles plurimas delentem eructans.

Cum metallis plurimis in igne colliquescens.

nativum. 1. S. nudum purum.

Syst. nat. I. *p.* 169. *n.* 1. XII. 3. *p.* 113. *n.* 1. Pyrites nudus diaphanus.

Cronst. miner. §. 150. 4. 1. Sulphur nativum.

Waller. miner. 205. *syst. miner.* 2. *p.* 123. *n.* 1. Sulphur nativum purum flavum.

Dal. pharmac. 25. Sulphur nativum & vivum.

α) pulvereum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 125. *n.* 1. e. Sulphur vivum flavum pulverulentum aquis efflorescens.

Vandell. therm. 97. Sulphur thermarum crystallinum.

β) solidum.

a) purum.

α) formæ communis.

† opacum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 124. *n.* 1. c. Sulphur vivum flavum glebosum opacum.

†† diaphanum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 124. *n.* 1. b. Sulphur vivum flavum glebosum pellucidum.

b) fibrosum vel capillare.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 124. *n.* 1. d. Sulphur vivum flavum capillare.

c) crystallinum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 124. *n.* 1. a. Sulphur vivum flavum crystallisatum.

b) impurum.

Wolt. min. 25. *Muf. Teffin.* 42. *n.* 3. Sulphur nudum luteum ignivomorum montium.

Waller. syst. min. 2. *p.* 125. *n.* 2. Sulphur nativum arsenicale rubrum.

Habitat α) *in* aquis sulphureis & thermis *plurimis, his innatans, & in canalibus, quos transeunt, inque receptaculis, in quibus colliguntur obvium; β* a) *creberrime gypso innidulans, in* India, Sibiria & Russia Wolgæ *finitima, insula* aquarum Lupiarum, Sicilia Elba, *insulis* Æoliis Italia, Helvetia (*prope* Bex, Lotharingia, Germania (*prope* Wemsen, Lavenstein & Duingen,) Gallicia (*prope* Widlicuca,) Islandia & Hungaria, *β b) ad* Heclam Islandiæ, Vesuvium Italiæ, *prope* Bex Helvetiæ *β* c) *tabularum, cuborum, prismatum tetraedrorum longitudinaliter & subtiliter striatorum, pyramidum simplicium triedrorum aut hexaedrorum, aut duplicium retraedrarum in* Italia, *prope* Puteolos, Verucca & *in Ducatu* Urbino, *in* Hispania, Normannia, Sibiria, *promontorio* Caucasi *septentrionali prope thermas*, S. Catharinæ, *β b) arsenico inquinatum aut tinctum, sandaracæ affine, in montium præsertim* ignivomorum *rimis & fissuris, in* Sina, *insula* aquarum Lupiarum & Milo, *etiam in* Tiroli & Hungaria, *molle, texturæ nunc incurvo-lamellosæ, nunc fibrosæ, nunc conchaceæ.*

terreum. 2. S. humo aut argillæ mistum quam deflagrando relinquit, ab acido affuso non fœtens.

Waller syst. miner. 2. *p.* 125. *n.* 3. Sulphur nativum mixtionis peregrinæ, coloratum.

Habitat frequens in vicinia montium ignivomorum, *in locis, in quibus multis jam annis elapsis, excrementa animalia accumulabantur, ut quoque in aliis locis*, e. gr. *prope* Braciano *territorii* romani, *in lacubus* (Lagoni) Hetruriæ, *in* Pedemontio (*prope* Tortonam,) *in* Hispania, Alvernia, Germania (*prope* Magdeburg, Pirna & Schandau,) & Silesia (*prope* Turnowiz,) *canum aut flavum vel a bitumine, quo simul perfusum est, fuscum, nigricans, vel nigrum, flamma cærulea, qua ardet, prunis inspersum, sulphuris præsentiam facile & evidenter manifestans.*

hepaticum. 3. S. calce aut natro solutum, quod sulphure per flammam consumpto superest, sponte vel acido adfuso fœtens.

Habitat in vicinia montium ignivomorum, *alias in & inter montes calcarios, nunc forma soluta scaturiginis, aquæ, fontis, paludis vel lacus, quorum aqua ab infuso acido cum fœtore turbatur, ab instillato plumbi aceto denigratur, argentum immersum denigrat, sæpius calet, frequens in imperio* Russico, *in* Italia e. gr. *in lacubus* Hetruriæ, *inter* Romam & Neapolin, *in* Sicilia, *insulis* Oceani *australis, etiam in* Germania, *nunc forma solidiori, utplurimum sedimentum ejusmodi aquarum, etiam in salfataris.*

Pyrites. 4. S. ferro intime mistum coloris aurichalcei nitoris metallici formæ communis.

Syst. nat. I. *p.* 169. *n.* 4. XII. 3. *p.* 115. *n.* 5. Pyrites (ferri) mineralisatus amorphus scintillans.

Cartheus. miner. 51. Sulphur ferro mixtum informe ponderosum dilute flavum superficie planiuscula.

Waller. miner. 207. *syst. miner.* 2. *p.* 126. *n.* 4. Sulphur ferro mineralisatum minera difformi palide flava nitente.

Cronst. miner. §. 151. 1. Sulphur marte saturatum.

Woltersd. miner. 31. Ferrum palide luteum splendens polymorphum.

Habitat per omnem terrarum orbem, *in montium & fossilium generibus fere omnibus, tum prioris tum posterioris fere ætatis, durum, at sæpe cum nitoris metallici jactura fatiscens, vagum, superficiale, stillatitium, nidulatim, punctatim aliis immixtum, aut ipsum venas & strata constituens, opacum, fragile, ignis vi facile liquescens, interdum magneti obtemperans, præter sulphur & ferrum non raro quoque cuprum, arsenicum, aut aluminarem terram continens, in fragmenta indeterminata dissiliens, texturæ rarius radiatæ, quam compactæ, supeficie nonnunquam speculi instar nitente, aut vestigiis cubicis vel hexaedro-pyramidalibus inæquali, aut cellulosa, sulphuris & vitrioli ferri materies vulgatissima.*

figuratum. 5. S. ferro intime mistum coloris aurichalcei nitoris metallici, formæ rotundatæ.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 114. *n.* 4. Pyrites mineralisatus aggregatus figuratus.

Waller. miner. 208. *syst. miner.* 2. *p.* 129. *n.* 5. Sulphur ferro mineralisatum, minera globosa concretum.

Habitat

Habitat in Germaniæ *fodinis frequens, etiam passim vagum, nunc globos majores minoresve, magis minusve perfectos, solitarios, aggregatos aut concretos, nunc hemisphæria, nunc renes, nunc ova, nunc fructus, nunc fungos, nunc stalactitas, nunc conos, nunc fistulas, nunc pecten, nunc arbusculam referens, veterum pyritæ simile.*

Marcasita. 6. S. ferro intime mistum coloris aurichalcei, nitoris metallici, forma crystallorum.

Syst. nat. I. *p.* 169. *n.* 3. XII. 3. *p.* 113. *n.* 3. Pyrites (crystallinus) mineralisatus crystallisatus.

Waller. miner. 211. *syst. miner.* 2. *p.* 131. *n.* 6. Sulphur ferro mineralisatum forma crystallina.

Cronst. miner. §. 151. 1. 1. 4. Sulphur marte saturatum crystallisatum.

Cartheus. miner. 51. Sulphur ferro mixtum crystallinum ponderosum dilute flavum.

α) pyramidale, pyramide.

a) triedra. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 114. *n.* 3. α.

a) perfecta.

b) marginibus truncatis. Fig. 37.

b) tetraedra duplici, *rarius solitaria aut vaga, frequentius stellatim, in sphæræ, columnæ, echini, cristæ, tabulæ, turrium, arbusculæ speciem aut cellularum more aggregata.* Fig. 23.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 114. *n.* 3. δ.

a) perfecta.

b) angulis truncatis.

β) cubicum. Fig. 19.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 114. *n.* 3. β.

Gesn. Fig. 13. *f.* 2. *Mus. Tessin.* 42. *n.* 4.

a) faciebus convexis.

b) —— planis.

a) —— lævibus.

b) —— striatis.

† striis in singulis faciebus ejusdem directionis.

†† striis alternarum facierum longitudinalibus & transversis.

c) faciebus alternatim planis & convexis.

d) marginibus truncatis.

γ) prismaticum, prismatibus capillaribus frequentius stellatim, quam parallele aggregatis.

a) hexaedris.

b) octaedris.

δ) dodecaedricum.
a) dodecaedris perfectis. Fig. 29. 30.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 114. *n.* 3. η. ϑ.
Muf. Teffin. t. 12. *f.* 3.
b) angulis nonnullis truncatis. Fig. 21.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 114. *n.* 3. ι.
c) angulis pluribus truncatis. Fig. 18. 35.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 114. *n.* 3. κ. λ.
Habitat passim in Sueciæ, Angliæ, Germaniæ *fodinis*, β) *vulgatissimum*, γ) *rarissimum*, *præter formam externam pyritæ simile.*

CLASSIS IV.

METALLA.

77. URANIUM.	Calce flava cum borace in vitrum fuscum, cum ossium acido in viride abeunte.
78. WOLFRAMUM.	Calce flava cum borace & ossium acido in vitrum cæruleum abeunte.
79. MAGNESIA.	Calce nigra cum borace & ossium acido in vitrum rubrum abeunte.
80. STIBIUM.	Calce cinerea in vitrum hyacinthinum abeunte.
81. ZINCUM.	Calce alba boracem aut ossium acidum cum quibus igne colliquatur vix tingente.
82. MOLYBDÆNA.	Calce alba cum borace in vitrum violaceum, cum ossium acido in viride abeunte.
83. STANNUM.	Calce alba cum borace & ossium acido in vitrum lacteum abeunte.
84. COBALTUM.	Calce nigra cum borace & ossium acido in vitrum cæruleum abeunte.
85. FERRUM.	Calce rubra cum borace in vitrum ex virescente fuscum abeunte.
86. ARSENICUM.	Calce alba igne in fumum album allium redolentem abeunte.
87. CUPRUM.	Calce spadicea cum borace in vitrum viride abeunte.
88. NICCOLUM.	Calce viridi cum borace & ossium acido in vitrum hyacinthinum abeunte.
89. WISMUTHUM.	Calce tandem rubra facile in vitrum ex luteo fuscum ignis sola vi abeunte.
90. ARGENTUM.	Ignis vi sola non in calcem convertendum, sulphure solvendum.
91. PLUMBUM.	Calce tandem rubra ignis vi sola facile in vitrum flavescens abeunte.
92. HYDRARGYRUM.	Calce rubra volatili.
93. AURUM.	Ignis vi sola non in calcem convertendum, non sulphure quidem, sed hepate sulphuris solvendum.
94. PLATINA.	Ignis vi sola non in calcem convertendum, nec sulphure nec hepate sulphuris solvendum.

METALLA.

77. URANIUM. ♅ Duriusculum, fragile obscure cinereum, tritura dilute fuscum, parum nitens, ponderis specifici = 6440 : 1000.

Igne difficilime liquescens, ex aqua forti & regis per lixivium sanguinis colore spadiceo, per natrum colore flavo præcipitandum.

Calce cum natro & borace in vitrum fuscum, cum ossium acido in viride abeunte.

ochraceum. 1. U. flavescens terreum aqua forti totum solubile, ferri calci mistum.

Klaproth chem. Annal. 1789. 2. *p.* 403. Uranites ochraceus luteus.

Habitat superficiale in uranio sulphureo, *flavedinis nunc dilutioris nunc saturatioris, ferri calce nunc magis, nunc minus prægnans, nunc pulverulentum, nunc paulo firmius cohærens.*

Chalcolithus. 2. U. duriusculum diaphanum intus nitens texturæ lamellosæ, aqua forti totum solubile.

Klaproth chem. Annal. 1789. 2. *p.* 403. Uranites spathosus.

Werner Uebers. v. Cronst. Miner. p. 217. Grüner Glimmer.

Werner bergm. Journ. 1789. I. *p.* 376. *n.* 45. Chalcolit.

Habitat nunc superficiale, nunc minoribus majoribusve particulis gneisso micaceo, granitæ aut mixto ex quartzo & uranite sulphureo fossili inspersum in Saxonia (*prope* Eibenstock & Johanngeorgenstadt,) & *electoratu* Trevirensi (*prope* Rheinbreidenbach,) *rarius cereum, quam cupri calce intermista virens, coloris pistacini, psittacini, smaragdini, pomacei interdum in argenteum vergentis, forma communi aut crystallorum exilium nitentium, cubos, prismata, tabulas hexaedras aut octoedras frequentius tetraedras tum rectangulas, tum obliquangulas referentium.*

fulphuratum. 3. U. duriusculum ponderosissimum atrum compactum intus nitens.

Klaproth chem. Ann. 1789. 2. *p.* 403. Uranites fulphuratus.

Wern. Bergm. Journ. 1789. 1. *p.* 384. *n.* 141. Pechblende.

Habitat in Saxonia (*prope* Johanngeorgenstadt,) Thuringia? (*prope* Saalfeld,) *&?* Bohemia (*prope* Joachimsthal, *nunc integra tenuia strata cum aliis stratis alterna constituens, nunc majoribus minoribusve partibus aliis inspersum*), *solum ignis vi vix liquescens, cum ossium tamen acido in vitrum viride abiens, acidis difficilius, optime adhuc aqua forti solvendum, cui vini colorem conciliat, nunc obscure chalybeum plumbi plumbaginis nidulis, striis, venis varium, nunc aterrimum, ut tamen passim rubedo intermicet, tritura paulisper in virescentem colorem vergente, nitore lithanthracem referens.*

78. WOLFRAMUM. Fragile, obscure fuscum, intus chalybeum.

Acidis difficilime facilius quam in reliquis, aqua forti solvendum.

Calce flava natro tum antiquorum, tum potissimum volatili, facile solvenda, utrumque in sal medium convertente, cum multo ossium acido ignis vi in vitrum cæruleum abeunte.

album. 1. W. ponderosum lamellosum maxime fragile album a superinfusa aqua forti calida flavicans.

Cronst. miner. §. 208. Ferum calciforme terra quadam incognita intime mistum.

Cronst. act. Stockh. 12. *p.* 226. Jersten.

Waller. Syst. miner. 2. *p.* 253. *n.* 17. Ferrum lapidi vitrescibili inhærens, minera alba vel rubente, facie lapidea sine nitore in igne & magneti refractaria gravissima.

Scheele & Bergmann nov. act. Stockh. 2. 1781. *p.* 89 & 95. Tungsten.

v. Born. ind. foss. I. *p.* 89. Stannum spatosum.

Karst. Lesk. Mineralkab. I. *p.* 575. Scheelium ochraceum album.

Klaproth Schr. berl. Naturf. 10. *p.* 319.

Habitat rarius in Suecia (*prope* Bipsberg,) Cornubia (*prope* Pengilly) *frequentius in* Saxoniae (*prope* Mariemberg & Altemberg) & Bohemiae (*prope* Schoenfeld & Schlackenwalde) *stannifodinis, ex wolframi calce & terra calcaria conflatum accedente utplurimum ferri calce, cujus longiori portione interdum flavescit, neque aqua, neque acidis solubile, in igne crepitat, verum, ne violentiore quidem, liquescens, nunc forma communi, nunc pyramidis tetraëdrae duplicis.*

spuma lupi. 2. W. ponderosissimum opacum coloris obscuri tritura ex rubro obscure fusca ex wolframi, magnesiae & ferri calce compositum.

Syst. nat. I. *p.* 175. *n.* 4. Ferrum intractabile fibris planiusculis centralibus nitentibus.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 122. *n.* 3. Molybdaenum tritura rubra.

Woltersd. miner. 31. Ferrum nigrum radiatum jovem adulterans.

Cartheus. miner. 72. Ferrum mineralisatum griseo-nigrum splendens, lateribus planis striatis.

Waller. miner. 268. Ferrum arsenico mineralisatum minera nigra s. fusca attritu rubente, crystallisata planis nitidis splendente.

Waller. syst. miner. I. *p.* 330. Magnesia crystallina nigra fusca vel rubra intrinsece striata, attritu rubens.

Cronst. miner. §. 117. Magnesia cum parva portione martis & jovis mixta.

Lehmann physic. chem. Schrift. p. 275. Wolfram.

d'Elhujar chem. Zerglied. de Wolframs Uebers. v. Gran. Hal. 1786. 8.

Karst. Lesk. Mineralkab. I. *p* 576. Scheelium ochraceum Spuma lupi.

Vogel mineralf. p. 178. Spuma lupi.

Habitat rarius in Estremadura Hispaniae, *frequentius in* Britania (*prope* Caetanos,) *in* Cornubiae, Saxoniae & Bohemiae *stannifodinis, non raro ideo stanni calce inquinatum, coloris nigri, interdum in fuscescentem vergentis, superficie nonnunquam variis coloribus ludente, nitens, texturae recte lamellosae, rarius radiatae, fragile, molle, in fragmenta indeterminata dissiliens, in crustas incurvas,*

angulosas aut rectas secedens, forma sæpe communi, interdum prismatum hexaëdrorum compressorum pyramide tetraëdra terminatorum, rarius tabularum tetraëdrarum rectangularum, salis communis spiritu pro magna parte solvendum, eique colorem concilians.

79. MAGNESIA. Fragilis, macra, opaca, fusca, intus cana, ferro difficilius igne liquescens, ponderis specifici =6850:1000.

♂ Acidis plurimis solvenda, & affuso sanguinis lixivio colore ochroleuco ex his præcipitata.

Calce pro majore minorive phlogisti superstitis portione nunc hoc nunc illo colore conspicua, minima portione vitris addita hæc omni tinctu orbante, paulo majori violaceum, adhuc majore nigrum colorem affricante.

regulina. 1. M. inquinans nitoris intus metallici texturæ divergenti-radiatæ. *Lapeirouse act. ac. Tolos.* 1. *p.* 256.
Habitat in ferri fodinis Sem *vallis* pyrenææ Vic-dassos, *reniformis, magneti non obtemperans, submalleabilis, an nomine reguli magnesiæ revera digna?*

ochracea. 2. M. friabilis inconspicua terrea.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 194. *n.* 9. Ochra magnesiæ pulverea nigra.
Cronst. miner. §. 114. Magnesia friabilis terriformis.
Habitat in Anglia, Pyrenæis (*prope* Sem & Lapeirouse,) Franconiæ *fodinis* Culmbacensibus & Sibiriæ *montibus altaicis utplurimum nigra, rarius superficialis rubra, an ex fatiscentibus speciebus durioribus nata?*

pictorum. 3. M. nigra friabilis natura, siccata, obiter contusa & cum oleo unguinoso subacta ad aërem liberum sponte exardescens.

Wedgewood ap. Kirwan mineral. p. 352. *T. Bergm. chem. Annal* 1784. 2. *p.* 367. *Groschke chem. Annal.* 1785. 2. *p.* 440. Wad.

Habitat in Angliæ *provincia* Derby *strata satis ampla hinc inde constituens, potissimum prope* Portwai, *etiam? in ferrifodina sylvæ* Thuringiacæ, *v. g. prope* Melis *ad montem* Glükstein, *pingendis navibus inserviens, præter magnesiam ex ferri calcem, plumbi & ferri calcem & barytidem continens.*

niveа. 4. M. alba igne fuscescens aut nigrescens, mollis cum nitri acido effervescens & aërem hepaticum eructans.

α) texturæ radiatim fibrosæ.

Cronst. §. 115. *B.* 1. *a.* Magnesia alba stricte sic dicta.

β) texturæ incurvo-lamellosæ.

Karst. Lesk. Mineralkab. 2. *p.* 561. Magnesium ochraceum album.

Habitat majoribus aut minoribus portionibus aliis fossilibus immersa reniformis aut globosa in Norwegia, Vermelandia Sueciæ *&* Transilvania, *nitoris intus vitrei, vix subopaca, leviuscula, in fragmenta indeterminata dissiliens, in granularia secedens, interdum spongiosa, cum borace liquata vitrum rubrum exhibens.*

rubra. 5. M. rubra, vitra colore rubro tingens

Cronst. miner. § 115. *B.* 1. *β.*

Habitat in Pedemontio *& (prope* Sem *&* Lapeirouse) *in* Pyrenæis, *sæpe sphærica, stellatim fibrosa, ferri inops.*

vulgaris. 6. M. mollis inquinans coloris chalybei nitoris metallici.

Syst. nat. I. *p.* 176. *n.* 8. Ferrum intractabile fuscum inquinans, particulis micaceis striatis.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 121. *n.* 2. Molybdænum tritura atra.

Cronst. miner. §. 116. 2. Magnesia parum martialis.

Baum. miner. 1. *p.* 269. Magnesia vitriariorum.

Woltersd. miner. 31. Ferrum nigricans splendens a centro radiatum.

Waller. miner. 269. Ferrum mineralisatum, minera fuliginosa inquinante, striis sparsis convergentibus.

Waller syst miner. 1. *p.* 328. *n.* 2. Magnesia fuliginosa, particulis acerosis nitens fragilis manus inquinans.

Carthеus. miner. 72. Ferrum mineralisatum negricans obsolete splendens fibrosum.

Habitat in Suecia, (*ad montem* Skidberg & *prope* Tiwaden,) Anglia (*in collibus* Mendip & *provincia* Sommerset,) Gallia (*in montibus* pyrenæis, *potissimum* Remié & Canigou, *prope* Siverac Roverniæ, Davej in Occitaniæ,) *insula* Elba, Etruria (*prope* Chianciano di bagni,) Venetorum *fodinis prope* Schio, Hungaria (*prope* Felsobanya) Silesia (*prope* Conradswalde,) Carniolia (*prope* Paludnig & Lolling,) Hennebergia (*prope* Ilmenau,) Saxonia (*prope* Altemberg, Eibenstock, Annaberg, Johanngeorgenstadt, Camsdorf & Boesenbrunn,) Thuringia (*prope* Langenwiese & *in monte* Schneekopf,) *in* Hercynia (*præcipue prope* Ilefeld, *plurimo ferro inquinata prope* Wezlariam & Osnabrugum) *tam in montibus simplicioribus, quam in stratariis, frequentius barytidi, ferri mineris, jaspidi, argillæ ferriferæ, quam spato aut gypso immersa, aëre vitali aut igne torta, aut vitrioli acido irrigata largam copiam exhibens, vitris & crustis vitreis aut tingendis, aut omni colore exuendis crebro adhibita, ferro nunquam carens, texturæ rarius compactæ, aut stellatim fibrosæ, aut minutim lamellatæ, quam sparse, stellatim vel fasciculate radiatæ, in fragmenta utplurimum indeterminata, rarius in festucas longa dissiliens, crebrius in fragmenta granularia quam in crustas crassas subincurvas, aut in bacillos secedens, sæpe formæ communis, ut tamen etiam forma arbuscularum, fruticum, fistularum, uvarum, tabularum minimarum tetraedrarum, in pelliculas, columnas, fasciculos aggregatarum, aut prismatum tetratdrorum, vel exilium acicularium hexaedrorum in fasciculos congestorum compareat.*

nigra. 7. M. mollis inquinans nigra vix nitens.

Cronst. miner. §. 116. 2. *a. Waller. syst. miner.* I. *p.* 329. *n.* 2. b. Magnesia fuliginosa scoriacea.

Habitat in montibus Pyrenæis, Pedemontio, Helvetia, Wirtembergia, *electoratu* Trevirensi, Thuringia) *præsertim prope* Koenlz,) Saxonia (*prope* Camsdorf,) & Lusatia (*prope* Sornendorf, & *in monte* Heideberg *prope* Rengersdorf,) *iisdem, quibus vulgaris, usibus inserviens, ferro quoque nunquam libera, interdum cupri pauxillum continens, nunc superficialis, nunc minoribus majoribusve partibus aliis fossilibus immersa in fuscum aut cærulescentem colorem vergens, aut superficie variis coloribus picta comparens, rarius spongiosa, quam compacta, texturæ terreæ, planæ vel conchaceæ, superficiei interdum vesti-*

giis sphæricis impressis, formæ sæpe communis, interdum cellulosæ, fruticulosæ, pectinatæ, botryoidis aut renum.

Petracorius. 8. duriuscula inquinans nigra intus nitens, igne rubescens.

Waller. syst. miner. 1. *p.* 330. *n.* 3. Magnesia compacta nigra, particulis nitens, dura, inquinans.

Habitat in Galliæ *provincia* Perigord, *magnetem non sequens, ponderosa, cum borace liquata vitrum rubrum exhibens; an hujus generis?*

rosea. 9. M. rosea lamellosa non inquinans igne facile & cum spuma liquescens.

v. Born ind. foss. 1. *p.* 31. Spatum scintillans carneum particulis impalpabilibus, auriferum.

v. Born ind. foss. 1. *p.* 68. Spatum scintillans roseum.

v. Ruprecht phys. Arb. eintr. Fr. z. Wien. I. 1. *p.* 59.

Bindhein Schr. berl. Naturf. 5. *p.* 447.

Habitat in Transilvania (*prope* Nagyag) & Hungaria (*prope* Kapnik,) *auri matrix, in crustas tenues & incurvas secedens, forma communi, botryoide, aut lentium pyramidumve pusillarum, in sphæras, uvas aut pyramides congestarum.*

80. STIBIUM. ♁ Fragile coloris argentei, texturæ radiatæ, ponderis specifici = 6860 : 1000.
Igne non difficulter fluens, in calcem primo ex cinereo albam abiens, paulo violentiori in vitrum hyacinthinum, tandem in fumum album.
Aqua regis cum colore aureo solvendum & lixivio quoque cærulei Berolinensis & aqua, forma calcis albæ, præcipitandum.

nativum. 1. St. stannei nitoris, ignis vi liquescendo nullum aut sulphuris aut arsenici odorem spirans.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 123. *n.* 1. Stibium nudum argenticolorum.
Cronst. miner. §. 231. *act. Stockh.* 1748. *p.* 99. Antimonium nativum seu Regulus antimonii nativus.
Cartheus. miner. 59. Antimonium nudum regulinum.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 196. *n.* 1. Antimonii regulus nativus.
Habitat in Sueciæ *fodinis* Sahlbergensibus Carlsort & Lator, *formæ communis, texturæ lamellosæ, lamellis rectis, cum hydrargyro facile subigendum, post liquationem solidescendo facile in crystallos abiens.*

arsenicale. 2. St. stannei nitoris, ignis vim experiendo arsenicum olens.
Sage act. Paris. ann. 1782. *p.* 310.
Habitat in Delphinatu *prope* Allemont, *in* Hercynia *fodina* Abendroethe *prope* Andreasberg, *nativo simile & arsenico parumper inquinatum, in fragmenta indeterminata dissiliens, in granularia secedens.*

rubrum. 3. St. obscure rubrum fibrosum candescendo sulphuris & arsenici vapores eructans, parum nitens.
Syst. nat. I. *p.* 172. *n.* 5. XII. 3. *p.* 124. *n.* 4. *Mus. Tessin.* 50. Stibium mineralisatum fibrosum rubrum.
Waller. miner. 239. *syst. miner.* 2. *p.* 199. *n.* 6. Antimonium sulphure & arsenico mineralisatum, rubrum.

Cronst. miner. §. 233. Antimonium auripigmento mineralisatum.

Vogel Mineralf. 496. Minera antimonii rubra.

Habitat rarius in Hungaria, Saxonia.

argentigo. 4. St. fibrosum, ignis vi exagitatum argenti granulum relinquens & sulphuris vaporem emittens.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 194. *n.* 14. Ochra argenti germinans nigra.

Cartheus. miner. 76. Argentum fibris rectis tenuissimis friabilibus nigricantibus.

Cronst. miner. §. 172. 2. 1. Minera argenti antimonialis capillaris.

Waller. miner. 291. Argentum sulphure, arsenico & antimonio mineralisatum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 339. *n.* 9. Argentum sulphure, arsenico & antimonio mineralisatum, minera plumosa vel radiata.

Habitat ut plurimum quartzo inhærens in Delphinatu (*prope* Allemont,) Sicilia (*prope* Novara & Roccalumiara,) *in* Transilvania (*prope* Nagyag,) *in* Hungaria (*prope* Rapnik, Felsobanya, Cremniz, Hodritsch, Malazka, Schemniz, Kœnigsberg,) *in* Bohemia (*prope* Joachimsthal,) *in* Hennebergia (*prope* Ilmenau) *&* Saxonia (*prope* Braeunsdorf *&* Freyberg,) *nunquam ultra* $\frac{1}{300}$ *argenti continens, utplurimum pauperrima, nunc arsenici pauxillum habens, nunc carens, creberrime ex atro cæruleum, interdum cinereum aut niveum, fibris capillaribus, lanæ instar mollibus rectis aut flexuosis, liberis, aut quodammodo cohærentibus, sparsis, interdum parallelis aut stellatim dispositis.*

Stibigo. 5. St. fibrosum candescendo sulphuris vaporem eructans, violentiore paulo igne totum avolans, parum nitens.

Syst. nat. I. *p.* 172. Antimonium fibris capillaribus sparsis.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 194. *n.* 13. Ochra stibii germinans rubra.

Woltersd. miner. 27. Antimonium rubrum plumosum.

Waller. miner. 238. Antimonium magna copia sulphuris mineralisatum, lanæ instar fibris capillaribus separatis.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 197. *n.* 3. Antimonium sulphure mineralisatum, lanæ instar, fibris capillaribus separatis.

Vogel mineralf. 496. Flores antimonii.

Habitat in Hercynia (*prope* Andreasberg, Saxonia, Hennebergia, Bohemia, Hungaria, Transilvania, Sicilia,

Hetruria, Delphinatu & Alvernia, *interdum superficialis, fibris mollibus capillaribus flexilibus, liberis aut in bacilos, fasciculos, hemisphaeria vel stellatim congestis, creberrime cinereis, interdum nigris, hepaticis obscure rubris, violaceis, virescentibus, dilute flavis, flavicantibus aut variegatis, rarius albis.*

vulgare. 6. St. coloris chalybei, nitoris metallici, ponderosum candescendo sulphuris odorem spirans, tandem totum forma fumi albi avolans.

α) texturae compactae.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 198. *n.* 4. Antimonium sulphure mineralisatum minera difformi solida livido-fusca.

Cronst. miner. §. 232. 2. I. 3.

β) texturae lamellosae.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 197. *n.* 2. d. Galena antimonii.

γ) texturae radiatae.

Syst. nat. I. *p.* 172. *n.* 2. Stibium striatum.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 123. *n.* 3. Stibium mineralisatum fibrosum plumbicolorum.

Woltersd. miner. 27. Antimonium albo-griseum splendens striatum.

Cronst. miner. §. 232. 2. I. I. 2. *Waller. miner.* 238. Antimonium sulphure mineralisatum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 196. *n.* 2. Antimonium sulphure mineralisatum striatum, colore griseo-caerulescente.

Dal. pharmac. 38. Antimonium.

a) radiis parallelis.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 197. *n.* 2. a.

b) radiis sparsis.

Syst. nat. I. *p.* 172. *n.* 4. *Mus. Tessin.* 50. Stibium fibris intercussantibus spatum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 197. *n.* 2. b.

c) radiis fasciculatis.

d) radiis stellatis.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 123. *n.* 3. γ. *Mus. Tessin.* 52. *n.* 6. Stibium fibris concentricis radiantibus.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 197. *n.* 2. c.

δ) texturae fibrosae.

a) formae communis.

b) fistulosum.

c) forma prismatum hexaedrorum utplurimum acicularium interdum fasciculatorum.

Syst. nat. I. *p.* 172. *n.* 3. XII. 3. *p.* 123. *n.* 2. Stibium (cryſtallinum) cryſtalliſatum.

Cronſt. miner. §. 232. 2. 1. 4. *Waller. miner.* 239. *ſyſt. miner.* 2. *p.* 198. *n.* 5. Antimonium ſulphure mineraliſatum cryſtalliſatum.

Habitat rarius ſuperficiale, quam partibus minoribus majoribusve terris calcariis, argilloſis, fluori, quartzo inſperſum, rarius in bacillos, utplurimum in grana ſecedens, frequens in Hungaria, *potiſſimum ſuperiori*, Temeſia (*prope* Moldawa,) Tranſilvania (*prope* Vayda Hunyad, Staniza & Nagyag,) *ad montes* Sudetos, *in* Bohemia (*prope* Przibram,) *in* Carinthia (*prope* Siſliz & Lemberg,) *in* Stiria (*prope* Schladming,) *in* Rhætia, Italia *media* (*prope* Pereta & Silvena,) Sicilia (*ad montem* Niſo,) Sardinia, Corſica, Gallia (*prope* Rumpon) *ejusque provinciis* Occitania (*prope* Villefort,) Alvernia (*prope* Lubillac,) Borbonienſi, Lemovicenſi, Andegavenſi, Pictavienſi & Britannia, *in* Hiſpania, Suecia, (*fodina* Weſtmanniæ & Stripas,) Norwegia (*fodina* Narverud,) Saxonia (*prope* Bræunsdorf, Freyberg, Johanngeorgenſtadt, Camsdorf, Geyer & Voigtsberg,) Thuringia (*prope* Stollberg) & Hercynia (*prope* Andreasberg,) α) *in* Hungaria (*prope* Magurca) & Saxonia (*prope* Bræunſdorf,) β) *in* Saxonia (*prope* Bræunsdorf,) Tranſilvania (*prope* Nagyag,) & Sabaudiæ *fodinis* Roſſi, δ) *in* Lapponia, b) *in* Hungaria (*prope* Kœnigsberg,) c) *in* Saxonia (*prope* Bræunsdorf) & Hungaria (*prope* Cremniz, Felſolangos & *in* Baronia Duros, *in fodina* Temeſienſi *prope* Dognaſca *articulatis*,) γ a) *vulgatiſſimum, chemicorum, alchemicorum, metallorum reliquorum eſſentiam aurique ſemina in eo quærentium, medicorum, œconomorum, artificum typos fundentium uſibus inſerviens.*

argentiferum. 7. St. Coloris chalybei nitoris metallici, tritura aldida.
Klaproth chem. Annal. 1790. 1. *p.* 294.

α) formæ communis.

v. Born. ind. foſſ. 1. *p.* 78. 2. *p.* 116. Argentum album, arſenico & cupro ſulphurato mineraliſatum, tritura albida & argentum album amorphum ſolidum.

β) forma cryſtallorum polyedrarum.

v. Born. ind. foſſ. 1. *p.* 78. Argentum album cryſtallis polyedris.

Habitat in Hungaria *prope* Cremniz, *in* 100 *partibus ultra* 34 *stibii metallici, ultra* 31 *cupri, pene* 15 *argenti,* $11\frac{1}{2}$ *sulphuris, & ultra* 3 *ferri continens.*

phospho-ratum. 8. St. aciculis sparsis lamellosis longitudinaliter striatis sine fumo notabili incandescentibus.

C. a. Rasumowsky chem. Annal. 1786. 1. *p.* 291.

Habitat in Sabaudiæ *valle* Servoz, *foveis stibii vulgaris lamellosi innidulans, molle, coram tubo ferruminatorio in carbone facile liquescens, & in scoriam friabilem granis stannei coloris innidulantibus conspicuam abiens, frequentius flavum, aureum, vel album, quam nigrum & metallice nitens.*

muriati-cum. 9. St. niveum matris perlarum instar nitens parallele radiatum forma tabularum exilium erectarum retraëdrarum.

Roessler, Hacquet, & Klaproth chem. Annal. 1787. 1. *p.* 334. 1788. 1. *p.* 523. & 1789. 1. *p.* 9.

Schreiber bergm. Journ. 1788. 1. *p.* 11. & 1789. 1. *p.* 398.

Ferber nov. act. Petrop. 3. *p.* 271.

Habitat in Bohemia (*prope* Przibram, *galenæ,*) Saxonia (*prope* Braeunsdorf, *congeneribus insidens,*) Delphinatu (*in montibus* Chalanches,) & Hungaria (*prope* Felsobanya,) *aqua regis totum solvendum, majoribus frustulis igni expositum decrepitans, in pulverem contusum facile igne liquescens & totum specie fumi albi avolans, cum borace colliquatum metalli granula exhibens.*

81. ZINCUM. ZZ Submalleabile, ſubſonorum, ex cæruleſcente album, texturæ radiatæ aut fibroſæ, nitoris conſtantioris, ponderis ſpecifici = 6953 : 1000.

Igne non difficulter liqueſcens, in flammam exardeſcendo coruſcantem vireſcentem & floccos niveos eructando, calcem relinquens, dum calet, flavam, poſt albam, vitris nullum colorem affricantem, cuprum flavo tingens.

Acidis omnibus ſolvendum, acrimoniam eorum delens, colorem nullum concilians.

ochraceum. 1. Z. pulverulentum album inconſpicuum.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 193. Ochra zinci albida.

Waller. ſyſt. miner. 2. *p.* 222. *n.* 8. Zincum pulverulentum terreſtre.

Grill & Engeſtrom act. Stokh. 36. *p.* 77. 78.

Habitat in Sina, Sueciæ *monte argenteo occidentali, &* Carinthiæ *fodinis* Bleybergenſibus, *via humida cum acidis efferveſcens & fere totum ſolubile.*

calciforme. 2. Z. coagmentatum molliſſimum opacum album inconſpicuum.

Cronſt. miner. §. 226. 1. 1. 1. 1. Minera zinci calciformis pura indurata.

Habitat in Sibiria (*fodina* Tſchagirenſi *montium altaicorum* Suecia (*in monte* Stollberg,) Sileſia (*prope* Beuthen,) Bohemia (*prope* Commotau,) Hungaria (*prope* Cremniz,) Auſtria (*ad montem* Schwarzenberg, & *prope* Annaberg & Tirniz,) *in* Carinthia (*ad montem* Koenisberg,) Carniolia (*prope* Treviſo,) Venetorum *terris* (*prope* Schio,) Anglia (*prope* Wirkesworth,) *intus terreum aut minutim lamelloſum, rarius compactum, acidis facile cum efferveſcentia & fere totum ſolubile, ſæpius in cruſtas ſecedens, inter-*

interdum inflavum aut cinereum colorem vergens, nonnunquam cellulosum nodulosum, fruticulosum, fistulosum, aut stiriæ forma conspicuum, a metalli alieni labe satis purum.

vitreum. 3. Z. durum pellucidum nitoris vitrei.
Waller. Syst. miner. 2. *p.* 215. *n.* 2. Zincum sulphure mineralisatum, minera albescente vel grisea, facie vero & textura vitrea.
Habitat in Danuria, Anglia, Namurcensi *comitatu*, Carinthia.

siliceum. 4. Z. album fibrosum in crustas secedens cum acidis in gelatinæ speciem abiens.
Klaproth 1788. 1. *p.* 391.
Habitat in Scotia (Wanlok Head,) Brisgovia *plumbo spatoso, forma utplurimum hemisphærica insidens, tertiam partem terræ siliceæ, metallici præter zincum nihil continens.*

spatosum. 5. Z. lamellosum diaphanum igni expositum paulisper decrepitans, neque unquam sulphur eructans, formæ communis aut globulosæ.
Habitat in Angliæ (Nottingham,) Austriæ (*ad montem* Schwarzenberg *&* *prope* Tirniz,) Carinthiæ (*prope* Bleyberg,) Brisgoviæ, (*prope* Freyburg) *fodinis utplurimum album, interdum ferri calce accedente colore dilute viridi, viridi, flavo, flavescente, rufescente, spadiceo, luteo, nigricante tinctum, terram quoque siliceam semper continens, nonnunquam adeo copiosam, ut chalybem scintillet.*

crystallinum. 6. Z. lamellosum diaphanum igni expositum paulisper, decrepitans neque sulphur eructans, formæ crystallinæ.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 125. *n.* 1. *Mus. Tessin.* 52. *n.* 1. Zincum crystallisatum.
Cronst. miner. §. 226. 1. 1. 1. 2. Minera zinci calciformis pura indurata drusica.
Habitat in Anglia (*præsertim provinciis* Nottingham *&* Sommerset,) Polonia, Carinthia (*prope* Bleyberg,) Austria (*prope* Tirniz,) Brisgovia (*prope* Freyburg,) *Ducatu* Westphaliæ, *& prope* Aquisgranum, *spatoso satis simile, at forma tabularum rectangularum tetraedrarum in drusas, globi vel uvæ speciem aggregatarum, aut cuborum exilium perfectorum faciebus nunc planis, nunc convexis gaudentium, aut parallelipipedorum, aut pyramidum trie-*

drarum vel hexaedrarum, sæpius simplicium quam duplicium, intus crebro cavarum, rarissime prismatum hexaedrorum in pyramidem hexaedram terminatorum, aut acicularum capillarium interdum flabelli instar dispositarum conspicuum.

Calaminaris. 7. Z. molle tinctum formæ communis, texturæ terræ aqua forti totum solubile opacum inconspicuum.

Syst. nat. I. *p.* 174. *n.* 4. Zincum terrestre.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 126. *n.* 5. Zincum subterreum lapidescens.

Waller. miner. 247. Zinci minera terrea, colore flavescente s. fusco.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 216. *n.* 3. Zincum terrestre vel lapideum, colore flavescente vel fusco.

Woltersd. miner. 27. Zincum argillosum ponderosum, colore vario.

Cronst. miner. §. 226. 1. 2. Minera zinci calciformis impura.

Habitat in nova Hispania (*inter* Chilalpan & Troizlan,) Sibiria (*prope* Nertschinsk,) Polonia (*prope* Olkusch,) Silesia (*prope* Tarnowiz,) Saxonia (*prope* Hohenham,) Bohemia (*prope* Tscheren, Bibshausen & Plan,) Austria (*ad montem* Schwartzenberg, *prope* Annaberg & Tirniz,) Carinthia *prope* Bleyberg, Bleyburg & *ad montem* Jauken,) Carniolia (*prope* Treviso,) *comitatu* Marchiæ (*prope* Iserloh,) *Ducatu* Westphaliæ (*præsertim prope* Brillon,) & Juliacensi (*prope* Gresnich,) *terra* Leodiensi, Belgii *provinciis* Nemurcensi & Limburcensi, Galliæ Andegavensi & Saumurois, *etiam* Sevennis & Anglia (*in collibus* Meudip, *in provinciis* Derby, Flint, Sommerset & Nottingham,) *parando aurichalco vulgo inserviens, præter ferri calcem, qua rarius viridi, frequentius ex flavescente cinereo, stramineo, isabellino, aurantio, rufescente rubro, creberrime ex rubro fusco colore tingitur, plumbi calce, galena, spato (quo præsente potissimum effervescit) inquinatum, in granula secedens, argillæ ferriferæ utplurimum innidulans, rarius texturæ festucariæ.*

Pseudogalena. Blende. 8. Z. nitoris semimetallici texturæ lamellosæ igni injectum sulphuris flammam & vaporem eructans, formæ communis.

Cronst. miner. §. 228. 2. 1. 2. 3. Zincum calciforme cum ferro sulphuratum.

Funck act. Stockh. 1744. *p.* 58. Sterile nigrum.

Vogel miner. 167. *Baum. miner.* I. *p.* 271. *Pott. observ.* 2. *p.* 105. *Scopol. ann. histor. natur.* 5. *p.* 53. Pseudogalena.

α) tritura alba.

Sterile. β) tritura cinerea.

Syst. nat. I. *p.* 174. *n.* 2. Zincum micaceum subtessellatum nigrum.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 126. *n.* 6. Zincum semitessellatum atrum.

Waller. miner. 248. Zincum sulphure, arsenico & ferro mineralisatum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 218. *n.* 5. Zincum sulphure & ferro mineralisatum, minera squamulis vel tessulis micante, obscura.

Cartheus. miner. 61. Zincum mineralisatum squamosum nigricans nitens.

γ) tritura flava.

rapax. δ) tritura rubra.

Syst. nat. I. *p.* 174. *n.* 3. XII. 3. *p.* 127. *n.* 8. Zincum micaceum rubicundum tritura rufa.

Waller. miner. 250. Zincum sulphure arsenico & ferro mineralisatum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 220. *n.* 6. Zincum sulphure & ferro mineralisatum, minera aut rubente aut pulverem rubicundum exhibente.

Cartheus. miner. 61. Zincum mineralisatum squamosum rubescens nitens.

a) purum.

b) cupro fulvo subtiliter insperso inquinatum, hinc metallice nitens.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 125. *n.* 3. Zincum (Swabii) mineralisatum compactum, atomis albidis.

Cronst. miner. §. 227. 2. I. I. 2. Zincum forma metallica sulphuratum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 218. *n.* 4. b. Zincum sulphure & ferro mineralisatum colore obscure ferreo, particulis micantibus.

c) galenae miculis interspersis. metallice nitens.

α) *Syst. nat.* I. *p.* 174. *n.* 1. Zincum canum galena intertextum.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 125. *n.* 2. Zincum (mineralisatum) mineralisatum compactum subsquamosum.

Waller. miner. 247. Zincum sulphure plumbo s. ferro mineralisatum obscurum, particulis micantibus.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 218. *n.* 4. a. Minera zinci minimis squamulis nitens.

Cronst. miner. §. 228. 2. 3.

b) *Muf. Teffin.* 54. *n.* 3. Zincum lamellofo-imbricatum metallicum.
Cronft. miner. §. 227. 2. 1. 1. 1.
c) *Syft. nat.* XII. 3. *p.* 26. *n.* 4. Zincum (ftibiatum) mineralifatum fibrofum.
Muf. Teffin. 54. *n.* 4. Zincum ftibiatum.
b) *Muf. Teffin.* 54. *n.* 2. Zincum lamellis decuffatis, interftitiis ferreo-ochreis.
d) argento fubtilliffime infperfo dives.
Syft. nat. XII. 3. *p.* 150. *n.* 8. Argentum (zincofum) mineralifatum zinco fterilo.
Cronft. miner. § 174. 7. Argentum zinco fulphurato mineralifatum.
Waller. fyft. miner. 2. *p.* 340. *n.* 11. Argentum zinco fulphurato mineralifatum, minera nigra vel nigrefcente nitida.
e) argentum aurumque fubtiliffime infperfa continens.
Syft. nat. XII. 3. *p.* 152. *n.* 2. γ. Aurum mineralifatum pyrite in zinco fterilo.
Cronft. miner. §. 165. 2. 1. 3. Aurum fulphure mineralifatum medicante zinco aut ferro aut argento.
Wallor. fyft. miner. 2. *p.* 357. *n.* 4. Aurum fulphure, zinco & ferro mineralifatum, minera pfeudogalenica.
Habitat frequens in Sibiriæ, Norwegiæ, Sueciæ, Scotiæ, Angliæ, Germaniæ, Hungariæ, Sabaudiæ *fodinis*, d) *in* Sabaudiæ (*prope* Sourde,) Hungariæ (*prope* Schemniz,) Bohemiæ (*prope* Ratieborziz & Joachimsthal,) & Saxoniæ (*prope* Freyberg & Schneeberg,) e) *in* Tranfilvaniæ (*prope* Cajonell, Boiza & Solatna) & Hungariæ (*prope* Schemniz) *fodinis in grana fecedens, utplurimum quoque partem terræ aluminaris & filiceæ continens, rarius formæ globofæ, aut texturæ in radiatam vergentis aut intus fpeculi inftar nitens, interdum in tenebris cultri aut calami apice tentatum fcintillas lucidas emittens, creberrime fufcum aut nigrum, at multis quoque flavi rubrique coloris varietatibus confpicuum, rarius viride, ochroleucum vel album, fæpe opacum, interdum fubopacum, rarius diaphanum, femipellucidum vel pellucidum.*

cryftallifatum. 9. Z. nitoris femimetallici, texturæ lamellofæ, igni injectum fulphuris flammam & vaporem eructans, forma cryftallorum aggregatarum.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 127. *n.* 7. Zincum sterilum octaedro-crystallisatum conglomeratum.
Brünn. Cronst. Miner. §. 228. 2. 4.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 221. *n.* 7. Zincum sulphure ferro mineralisatum, crystallisatum.
Habitat in Scotia (*prope* Airds,) Hercynia (*prope* Lautenthal,) Saxonia (*prope* Scharfenberg & Freyberg,) Bohemia (*prope* Ratieborziz,) Hungaria, Temesia (*prope* Dognaska) & Transilvania, *colore similiter variabili, quam in Pseudogalena, cui præter formam simile, superficiei colore interdum alio, virescente, chalybeo aut variegato, nunquam opacum aut subopacum, nunc pyramides simplices tri-vel hexaedras, nunc duplices tetraedras, nunc cubos, nunc prismata tetraedra obliquangula vel rectangula, nunc dodecaedra, nunc polyedra referens.*

82. MOLYBDÆNA. ♃. Cana, fragilis, ad aërem constans, igne difficulter liquescens, ab acidis difficulter, a natro nequaquam solvenda, magnetem non sequens, ponderis specifici = 6963 : 1000.

Calce alba volatili cum borace in vitrum violaceum, cum ossium acido in viride abeunte, acida aqua solvenda, solutione ab instillato sanguinis lixivio aut gallarum infuso colorem spadiceum, ab injectis aliis metallis, addita acidi muriæ portiuncula, colorem cæruleum induente.

vulgaris. 1. M. molissima opaca dilute plumbea attactu pinguis incurvo-lamellosa attactu pinguis igne sulphur eructans.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 121. *n.* 1. γ. Molybdænum tritura cærulescente sublamellosum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 249. *n.* 1. a. Molybdæna pura, membranacea nitens.

Cronst. miner. §. 153. 2. 1. Molybdæna membranacea nitens.

Scheele act. Stockh. 39. 1778. *p.* 247. &c.

Habitat sæpius feldspato aut saxis ex eo compositis innidulans, in Suecia (*prope* Bispberg, Bastnas, Grosdrum & Landäs,) Saxonia (*prope* Altenberg,) Sabaudia (*ad montem* Talifre,) & Calabria (*prope* Squillace, *in valle* S. Simio & *in montibus* Jejunio & S. Niccolai,) *in fragmenta indeterminata dissiliens, in granula secedens, sulphuris sat magnam copiam continens, ponderis specifici* = 4569 : 1000 *formæ utplurimum communis, rarius tabulas tenues exhiles hexaedras referens.*

83. STANNUM. Malleabile, molle, mutum, album, ponderis specifici = 7150 : 1000, nitoris constantioris.
Igne facilime liquescens & in calcem canum abiens, difficulter in vitrum idque quidem lacteum abeuntem, quem colorem etiam aliis vitris pellucidis conciliat.
Acidis facile, at imperfecte solvendum, iisque amarum saporem impertiens.

nativum. 1. St. album nitoris metallici purum.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 236. *n.* 1. Stannum nudum.

da Costa & Borlace act. angl. 56. *p.* 35. 305. & 691. *p.* 47.

Habitat in Cornubia, *crusta cryjstallini obductum. An vere nativum?*

aureum. 2. St. aurei coloris facile in flammam cæruleam exardescens, & calcem albam relinquens.

Bergman. nov. act. Stockh. 2. 1781. *p.* 328.

Gerhard Grundr. mineral. p. 250.

Habitat rarius & minoribus tantum portionibus aliis fossilibus inspersum in Silesia *prope* Gieren.

pyriti- cosum. 3. St. chalybei coloris, nitoris metallici, texturæ radiatæ igne sulphur eructans & calcem albam relinquens.
Bergman nov. act. Stockh. 2. 1781. *p.* 328.
Gerhard. Grundr. Mineral. p. 250.
Habitat in Silesia *prope* Gieren & Cornubia, *flamma minus lucida ardens.*

mineralisatum. 4. St. nitens opacum lacteum tritura ex flavescente alba.
Gerhard Grundr. Mineral. p. 250.
Habitat. in Silesia (*prope* Gieren) *quartzo fusciis micæ plurimis vario inhærens.*

spatosum. 5. St. albidum lamellosum diaphanum semipellucidum aut pellucidum.
Syst. nat. I. *p.* 182. *n.* 6. XII. 3. *p.* 131. *n.* 4. Stannum spatosum subdiaphanum album.
Vogel mineralf. 166. 461. *Just. miner.* 120. Stannum spati.
Waller. miner. 303. Lapides stanniferi spathacei.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 322. *n.* 5. Stannum arsenico & ferro mineralisatum, minera spathiformi.
Brünn. Ueberf. Cronst. miner. p. 198. Zinnspath.
Habitat in Bohemiæ *stannifodinis, facile cum wolframo albo confundendum, difficulter acidis solvendum & igne liquescens, raro omnis ferri expers, crebro quoque arsenici particulas subtilissimas immixtas habens, una cum carbonibus igni expositum stannum largiens.*

ligneum. Woodtin. 6. St. dilute ligneum striis alternatim dilutioribus pictum stellatim fibrosum scintillans, in crustas secedens, in fragmenta cuneiformia dissiliens.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 322. *n.* 6. Stannum arsenico & ferro mineralisatum, minera amianthiformi alba.
Brünnich. act. Stockh. 39. 1778. *p.* 320.
Klaproth Schr. berl. Naturf. 7. *p.* 169. 180. Holzzinn.
Habitat in Cornubia, *potissimum in parochiis* S. Columbi, Dyonysii & Rouch, *renis aut globi formam præ se ferens, acidis difficulter solvendum, igne colorem mutans, & difficilime liquescens, opacum, ferri dives, ut tamen stanni* $\frac{63}{100}$ *largiatur, ponderis specifici* = 5800 : 1000.

amorphum. 7. St. compactum opacum formæ communis coloris obscuri, tritura dilute cinerea.
Syst. nat. I. *p.* 182. *n.* 4. XII. 3. *p.* 130. *n.* 3. Stannum amorphum rufo-nigricans.

Waller. miner. 283. Stannum ferro & arsenico mineralisatum, lapidibus simplicioribus simile.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 321. *n.* 4. Stannum arsenico & ferro mineralisatum, minera solida, colore obscure rubente.

Woltersd. mineral. 32. Stannum amorphum petra varia vestitum.

Cronst. miner. §. 180. 1. 1. 1. 1. Minera stanni vitrea arsenicalis amorpha.

Habitat, interdum libera in montibus accumulatis jacens, in India & *insula* Banca, *in regno* mexicano & chisensi, *in* Angliæ *provinciis* Devonia & Cornubia, *insulisque* Scilly, *in* Saxonia & Bohemia Franconia*que finitimis, in* Silesia (*prope* Gieren,) Gallicia, *atque inferiori* Hungaria, *cobalti interdum, semper fere arsenici, præsertim albicantis particulis plurimis, crebro subtilissimis inspersis, ut igni expositum arsenici vaporem eructet, nonnunquam albus arsenici pulvis efflorescat, igne ceterum difficulter liquescens, cum strepitu dissiliens & carbonibus interjectis stannum exhibens, acidis difficulter solvendum, sæpe scintillans, in granula frequentius quam in crustas secedens, coloris fusci aut nigri, ponderis specifici = 6750 : 1000, utplurimum parum nitens, interdum speculi instar, nonnunquam spongiosum.*

granulatum. Zwitter. 8. St. compactum opacum ponderosum tritura dilute cinerea forma crystallorum minorum extrinsecus nitentium.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 130. *n.* 2. Stannum granis crystallinis aggregatis.

Waller. miner. 282. Stannum ferro & arsenico mineralisatum, crystallis stanni minimis.

Vogel mineral. 461. Minera crystallorum stanni.

Cronst. miner. §. 180. 1. 1. 1. 2. 2. Minera stanni vitrea arsenicalis crystallisata, crystallis minoribus.

α) *Waller. syst. miner.* 2. *p.* 320. *n.* 3. Stannum arsenico mineralisatum, minera irregulari, crystallis mineralibus stanni minimis in matrice lapidea aggregatis.

β) *Waller. syst. miner.* 2. *p.* 322. *n.* 7. Stanni minera arenis vel terris immixta.

Habitat cum amorpho, *crystallis rarius flavis, flavicantibus aut virescentibus, quam rubris, fuscis aut nigris, nunc quartzo, micæ, argillæ, lithomargæ, fluori, spato, steatitæ aut composito ex his lapidi immersis aut in humo arenave liberis, nunc parallelepipeda rectangula, nunc pyramides tetraedras ut plurimum duplices, rarius perfec-*

tas, quam ad basin communem truncatas vel in aciem terminatas, nunc prismata tetraedra, utrinque pyramide rarius octaedra, quam tetraedra terminata, interdum geminatim pyramidibus cohærentia, non raro pyramidibus aut angulis aut marginibus truncatis referentibus ceterum amorpho simile, interdum subopacum.

crystallinum. 9. St. compactum opacum ponderosum, tritura dilute cinerea, forma crystallorum majorum.

Syst. nat. I. *p.* 181. *n.* 1. Stannum crystallis pyramidatis irregularibus nigris.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 130. *n.* 1. Stannum tesseris crystallinis.

Gronov. suppl. 10. *n.* 31-41. *Woltersd. min.* 32. Stannum polyedrum irregulare nigrum.

Waller. miner. 302. Stannum ferro & arsenico mineralisatum., minera crystallisatione polyedra.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 319. *n.* 2. Stannum arsenico mineralisatum, minera crystallisata, figura polyedrica, diverso colore.

Cronst. miner. §. 180. 1. 1. 1. 2. 1. Minera stanni vitrea arsenicalis crystallisata, crystallis majoribus.

Imper. hist. nat. 519. Ingemmatio stanni.

Habitat cum amorpho; cui præter figuram crystallorum majorum simile, rarissime album, forma crystallorum, interdum granatos referentium, ad granulatum accedens, ab hoc & amorpho vix specie distinctum.

84. COBALTUM. K. Durum, fragile, nitoris exigui fugacis, coloris chalybei, ponderis specifici = 7600 : 1000.
Igne difficilius cupro liquescens, diutius efficaci in calcem nigram abiens, quæ vitris cæruleum colorem affricat.
Acidis facile solvendum iisque colorem rufescentem impertiens, calore in viridem & modo ferri expers sit in cæruleum transeuntem.

nigrum. 1. C. inconspicuum coloris obscuri prunis inspersum nullum arsenici vaporem eructans.
Cronst. miner. §. 245. Cobaltum calciforme martiale absque arsenico.
α) friabile, inquinans.
Cronst. miner. §. 245. 1. 1. 1. Ochra cobalti nigra.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 183. *n.* 7. a. Ochra cobalti nigra.
β) induratum.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 129. *n.* 4. Cobaltum (scoriatum) porosum glaucescens fuscum.
Cronst. miner. §. 245. 1. 1. 2. Minera cobalti vitrea.
Gesn. cadm. 17. *Vog. miner.* 504. Cobaltum scoriæ simile.
Waller. miner. 225. Cobaltum arsenico mineralisatum, minera glauca.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 180. *n.* 5. Cobaltum mineralisatum, minera colore nigrescente vel glauco, scoriis simili.
Habitat in Austria (*prope* Kleinzelle,) Salisburgi, Fürstenbergiæ (*prope* Wittichen,) Hennebergiæ (*prope* Schweina,) Thuringiæ (*prope* Saalfeld) & Saxoniæ (*prope* Annaberg, Schneeberg, Camsdorf & Oberrehhübel) *fodinis colore nigro, fusco, glauco, hepatico, rarius cinereo, semper ferri portionem continens, interdum ferro ochraceo intersperfum, β) duriusculum, compactum, nunc majoribus minoribusve portionibus aliis fossilibus inspersum nunc venarum ad instar hæc percurrens aut crustæ more obducens, formæ utplurimum communis, interdum reniforme aut botryoides, nonnunquam argentum larvatum aut nativum continens.*

ochraceum. 2. C. inconſpicuum intus terreum, coloris dilutioris, prunis inſperſum arſenici fumum eructans.

Syſt. nat. X. *p.* 47. *Schreb. lith.* 128. Ochra wismuthi rubra.
Syſt. nat. XII. 3. *p.* 193. *n.* 8. Ochra cobalti pulverea fulva.
Waller. miner. 234. Cobalti minera colore rubro ſ. flavo.
Waller. ſyſt. miner. 2. *p.* 181. *n.* 7. Cobaltum facie & conſiſtentia terrea.
Cartheuſ. miner. 56. *n.* 2. Cobaltum ochraceum rubrum.
Cronſt. miner. §. 246. 2. 1. Minera cobalti calciformis calce arſenici mixta pulverulenta.

Habitat rarius in venis aut ſtratis, rarius in Hungariæ (*prope* Topſchau,) Temeſiæ (*inter* Bogſchan & Dognaska,) Naſſoviæ, Hercyniæ (*prope* Andreaſberg,) Maynæ Britanniæ, Galliæ (*prope* Baigori *in montibus* Pyrenæis, (*prope* Allemont *in* Delphinatu & *prope* Fanum S. Mariæ, *inter* Lotharingiam & Alſatiam *intermedium*,) *paulo frequentius in* Hiſpaniæ (*prope* Guſtoa & Bielſa Arragoniæ,) Pedemontii (*prope* Uſſei,) Sabaudiæ, Valeſiæ (*prope* S. Maurice,) Wirtembergiæ (*prope* Alpisſpach,) Haſſiæ (*prope* Biber, Riegelsdorf & Schmalkalden,) Hennebergiæ (*prope* Scweina,) Sileſiæ, Sueciæ *præſertim* Helſingiæ & Norwegiæ, *præſertim autem in* Bohemia (*potiſſimum prope* Joachimsthal,) Saxoniæ, Thuringiæ (*prope* Saalfeld) & Fürtembergiæ (*prope* Wittichen & Wolfach) *fodinis, utplurimum rubrum, perſici flores colore æmulans, rarius corii colore tinctum, rariſſime flavicans aut album, interdum niccolo, wismutho, cupro ochraceis intermiſtis vireſcens viride aut cæruleum, igne facile in vitrum cæruleum colliqueſcens, rarius particulis majoribus minoribusve aliis foſſilibus inſperſum, quam ſuperficiale, ex aliis cobalti mineris effloreſcens, formæ utplurimum communis, rarius botryoides.*

Cobaltigo. 3. C. radiatum rubrum, nitoris vitrei prunis inſperſum arſenici fumum eructans.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 195. *n.* 15. Ochra cobalti germinans purpurea.

Cobalti parando vitro cæruleo ſmaltæ nomine venienti atque atramento ſympathetico potiſſimum inſervientis regulum primus demonſtravit Act. Upſ. 1733. G. Brandt, *qui ſummus mineralogus chemicus ann. agens* 74. *d.* 29. *Apr.* 1768. *obiit, hiſtoriam naturalem expoſuere* J. A. Geſnerus *hiſtoria cadmiæ, Berol.* 4. 1744. & 1747. J. G. Lehmann *Cadmiologia.* Regiom. 1761. 4. *effloreſcentia colore ſuo perſici flores æmulante ſe prodit.*

Cartheus. miner. 56. *n.* 2. Cobaltum ochraceum rubrum.
Gesn. cadm. 21. *n.* 37. *Henck. miner.* 107. Coboltblüte, Flos cobalti.
Cronst. miner. §. 246. 2. 1. 2. Ochra cobalti rubra indurata.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 181. *n.* 6. Cobaltum arsenico mixtum, colore rubro vel flavo efflorescens.
Habitat cum ochraceo, arsenici non calcem, sed acidum immixtum habens, colore utplurimum persici flores, interdum coccionellam imitans vel kermesinum, superficiale, vel majoribus minoribusve partibus aliis fossilibus inspersum, in granula secedens, radiis, quos textura ostendit, nunc latioribus nunc angustioribus, fasciculatis vel stellatis, saepius formae communis, quam botryoides aut tabulas minimas rectangulas tetraedras ad facies terminales in aciem exeuntes aut aciculas exiles tetraedro prismaticas, in fasciculos aut sphaeras aggregatas referens.

stercoreum. 4. C. inconspicuum coloris sordidi mixti, ustum & cum plumbo fusum argenti portionem relinquens.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 345. *n.* 16. Argentum nativum vel mineralisatum, lapidibus diversicoloris mixtis inhaerens, colore stercoris anserini.
v. Born. Brief XXII. *p.* 220. *Schreiber bergm. Journ.* 1788. 1. *p.* 43.
Habitat in Norwegiae (*prope* Kongsberg,) Saxoniae (*prope* Ehrenfriedersdorf, Johanngeorgenstadt & Marienberg,) Hungariae (*prope* Schemniz,) Wirtembergiae (Koenigswart,) & Delphinatus (*prope* Allemont) *fodinis, argentum nativum semper nunc parciori nunc largiori copia (ad* ¼ *usque) continens, ferrum quoque, non raro praeterea niccolum ochraceum & arsenicum, interdum argillam & hydrargyrum, utrum omne huc spectat. An potius ferri mineris accersendum?*

sulphuratum. 5. C. nitoris metallici stannei coloris prunis inspersum sulphuris vaporem eructans, diuque igne agitatum puram cobalti calcem relinquens.
Geyer. chem. Annal. 1788. 1. *p.* 67.
Habitat in Suecia *prope* Calmariam.

pyriticosum. 6. C. nitoris & coloris stannei igne agitatum sulphuris vaporem eructans & carbonum pulvere interspersо materiem relinquens magneti obtemperantem.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 129. *n.* 2. *Swab act. Holm.* 1746. *Cronst. miner.* §. 248. Cobaltum ferro sulphurato mineralisatum.

Waller. syst miner. 2. *p.* 178. *n.* 3. Cobaltum ferro sulphurato mineralisatum, colore albo, parum nitens.

Habitat in Sueciæ (*prope* Riddarhytta,) Saxoniæ, Bohemiæ (*prope* Joachimsthal) & Thuringiæ (*prope* Saalfeld) *fodinis texturæ granulatæ, in granula quoque secedens, rarius superficiale, superficie interdum speculi ad instar nitente, aut sulsis decussantibus exarata, cubos interdum exiles perfectos aut truncatos superficiebus planis vel convexis conspicuos, rarius pyramides tetraedras duplices, ad angulos valde truncatas, aut prismata pusilla hexaedra, utrinque pyramide tetraedra terminata referens.*

crystallinum. 7. C. nitoris & coloris ex stanneo-chalybei, igne agitatum sulphuris arsenicique vaporem eructans, & materiam relinquens magneti obtemperantem.

Cronst. miner. §. 249. Cobaltum cum ferro sulphurato & arsenicato mineralisatum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 176. *n.* 1. Cobaltum ferro arsenicato cum vel sine sulphure mineralisatum, minera alba, planis aut granulis micam.

β) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 129. *n.* 1. Cobaltum crystallisatum Fig. 35.

Cartheus. miner. 55. Cobaltum mineralisatum crystallinum, crystallis polyedris nitidissimis albis.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 179. *n.* 4. Minera cobalti crystallisata.

Habitat in monte Sueciæ Tunaberg Sudermanniæ, *superficiei colore interdum in fulvum vergente, sæpe prismata referens hexaedra, utrinque pyramide irregulari hexaedra terminata, ita ut crystallus constet tetragonis sex, sexagonis* 12, *faciebus tribus proximis eodem ubique modo striatis, & facies tres similes oppositas sibi habentibus, ut alternis ternis semper contrarie striatis, ut, quocumque vertas, semper sint latera tria proxima reliquis contrario modo striata; ex his tribus planum medium semper tetragonum, lateralia hexagona.*

arsenicale. 8. C. nitoris & coloris obscure chalybei igne agitatum arsenici fumum eructans & materiem relinquens magneti obtemperantem.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 129. *Cronst. miner.* §. 247. 1. Cobaltum ferro & arsenico metalliformi mineralysatum.

Waller. miner. 226. Cobalti minera diversimode figurata.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 177. *n.* 2. Cobaltum ferro & arsenico mineralisatum, minera cinerea difformi, particulis parce vel non nitens.

Habitat in Saxoniæ (*prope* Freyberg, Annaberg, Schneeberg, Johanngeorgenstadt, Bohemiæ *prope* Joachimsthal,) Thuringiæ (*prope* Saafeld,) Stiriæ *prope* Schladming,) Lotharingiæ (*prope* Giromagny,) & Norwegiæ (*prope* Kongsberg,) *fodinis cobalto cum ferro & arsenico conjuncto, texturæ nunc granularis, nunc planæ ad conchaceam accedentis, rarius parallale, stellatim aut fasciculatim fibrosæ, forme utplurimum communis, interdum botryoides, nonnunquam arbuscularum imaginibus nigris pictum.*

hispanicum. 9. C. nitoris & coloris chalybei, igne agitatum sulphuris & arsenici vaporem eructans, & materiem relinquens magneti non obtemperantem.

Habitat in Arragoniæ & Valesiæ *fodinis, ferri expers, & præter cobaltum sulphuris & arsenici ferax.*

85. **FERRUM.** ♂ Post platinam tenacissimum, summe elasticum & durissimum, sonorum, nigredinis sibi propriæ, magnetem sequens, & in magnetem facile convertendum, rubiginem facilime contrahens, ponderis specifici = 7600 : 1000.

Igne facile candens, paulo fortiori scintillans elidens, fortissimo demum liquandum, facilius in calcem rubram squamosam abiens, quæ vitris adjecta virescenti, aut si vehementius usta sit, luteo illa colore perfundit.

Acidis omnibus facile solvendum, quibus, acrimonia omni orbans, saporem adstringentem impertitus, per gallarum tincturam colore nigro, per sanguinis lixivium cæruleo ex illis præcipitandum.

nativum. 1. F. nudum nitoris metallici.

Syst.nat. XII. 5. *p.* 136. *n.* 1. *Mus. Tessin.* 36. *n.* 1. Ferrum nudum intractabile.

Waller. miner. 242. Ferrum nativum in granulis.

Waller. syst. mineral. 2. *p.* 233. *n.* 1. Ferrum nativum.

Carth. miner. 71. Ferrum nudum malleabile.

Habitat in Islandia, *ducatu* Juliacensi, Saxonia *prope* Grescamsdorf & Eibenstock, Silesiæ, Stiriæ, Salisburgi, Bavariæ *montibus*, *in* Africa (*ad fluvium* Senegal,) *in* Americæ *meridionalis districtu* S. Jacobi del Estero, *in* Sibiria *prope montes* Nemiricos *ad fluvium* Jenisei, *posterius ramulosum frigidum quoque malleabile foveolis plenum, hinc inde materia pellucida, difficulter igne liquanda, chrysolitos mentiente, texturæ conchaceæ refertis; an omne perfecte metallicum, an album vere nativum?*

chalybeatum. 2. F. retractorium in grana secedens nigrum tritura nigra, texturæ compactæ, formæ communis.

Syst. nat. XII. 3. p. 137. n. 4. Ferrum retractorium nigricans subscintillans compactissimum.

Cronst. min. §. 210. 2. 1. 1.

Waller. syst. miner. 2. p. 237. n. 4. a. Minera ferri nigra solida.

Habitat ad Sibiriæ *montium* Urdjumski *radicem, in* Sueciæ, *potissimum* Westmanniæ, Dalecarliæ, Smolandiæ *fodinis, subscintillans post ignitionem malleabile, igne facile liquescens, ferri boni in eximiam chalybem convertendi largam* $\frac{50-60}{100}$ *portionem exhibens, igne sulphur nullum exhalans*

selectum. 3. F. retractorium in grana secedens nigrum tritura nigra texturæ subtilissime granulatæ, formæ communis.

Syst. nat. I. p. 176. n. 13. Ferrum retractorium solidum.

Syst. nat. XII. 3. p. 137. n. 8. Ferrum retractorium nigrans, particulis subimpalpabilibus solidescens.

Cronst. min. §. 210. 2. 1. 2.

Waller. syst. miner. 2. p. 437. n. 4. b. & d. Ferrum sulphure insensibiliter mineralisatum, minera nigricante, tritura nigra magneti amica.

rhombeum. β) Syst. nat. XII. 3. p. 137. n. 6. Ferrum retractorium nigrans, particulis rhombeis.

Habitat in Americæ *septentrionalis (prope* Crewnpoint,) Laponiæ (e. gr. *prope* Kirnuar, Jellivari, Janusvando,) Norwegiæ *(prope* Bramble, Larmstadt, Tornbionsbor, Arendal, Roennegen, Gellebeck, Nordsee,) Sueciæ *plurimi*, Pyrenæorum (*potissimum inter* Sem & Lercoul,) Pedemontii (*prope* Traber & Belangero,) Elbæ Sardiniæ, Bergami, Bresciæ, Stiriæ, Carinthiæ, Hungariæ, Bohemiæ & Saxoniæ *nonnulis fodinis, chalybeato ceterum simile, in fragmenta rhombea (β.) interdum dissiliens.*

commune 4. F. retractorium in grana secedens nigrum tritura nigra, texturæ evidentius granulatæ, formæ communis.

Syst. nat. I. p. 177. XII. n. 16. 3. p. 138. n. 10. Ferrum retractorium nigrans, particulis subgranulatis inæqualibus.

Cronst. min. §. 210. 2. 1. 3.

Waller. syst. min. 2. p. 238. n. 4. c. Minera ferri nigra granularis.

β) Syst.

(β *Syst. nat.* I. *p.* 177. *n.* 15. XII. 3. *p.* 138. *n.* 9. Ferrum (granosum) retractorium nigrans particulis arenaceis.
γ) *Syst. nat.* I. *p.* 177. *n.* 19. XII. 3. *p.* 138. *n.* 12. Ferrum (talcosum) retractorium nigrans, talco insperfum.
δ) *Syst. nat.* I. *p.* 177. *n.* 20. XII. 3. *p.* 138. *n.* 13. Ferrum (calcarium) retractorium nigrans marmoris.
ε) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 137. *n.* 5. Ferrum (sidereum) retractorium nigrans, maculis rhombicis mineræ ferri insperfis.
ζ) *Syst. nat.* I. *p.* 177. *n.* 21. XII. 3. *p.* 138. *n.* 11. Ferrum (molle) retractorium nigrans pyriticosum.
Habitat cum selecto, cui ceterum simile, in Sueciæ *potissimum fodinis, interdum punctatim steatitæ* (γ) *aut lapidi calcario* (δ) *insperfum aut frustis majoribus ferro intractabili rubro micaceo immersum aut pyriten sibi insperfum continens & ea de causa igne tortum sulphuris vapores eructans.*

crystallinum. 5. F. retractorium nigrum tritura nigra, forma crystallorum, Fig. 23.
Syst. nat. I. *p.* 175. *n.* 1. Ferrum crystallisatum.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 137. *n.* 3. Ferrum crystallisatum retractorium confertum adhærens.
It. wgoth. 258. Minera stanni.
Walier. syst. miner. 2. *p.* 234. *n.* 2. Ferrum mineralisatum crystallisatum.
β) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 136. *n.* 2. Ferrum (tessellare) crystallisatum retractorium solitarium.
Cronst. miner. §. 201. 2. 1. 5. Minera ferri calciformis inaurata octaedra.
γ) *Syst. nat.* I. *p.* 165. *n.* 4. Alumen talcosum opacum.
Amœn. acad. 1. *p.* 481. Alumen solitarium cinereo-fuscum ollaris.
Waller. miner. 130. Talcum cubicum octaedrum.
Habitat in Norwegia (*prope* Bramble,) Sueciæ *ferrifodinis*, Gallicia, Carinthia (*prope* Fragant,) Corsica, Delphinatu (*valle* Volyandemer,) & Sabaudia, *ut plurimum solitarium nunc liberum nunc marmori micanti, quartzo, serpentino inhærens.*

glareosum. 6. F. retractorium nigrum tritura nigra in grana comminutum.
Syst. nat. I. *p.* 208. *n.* 8. XII. 3. *p.* 199. *n.* 13. *Mus. Tess.* 112. Arena (ferrea) ferri atra.
Waller. miner. 251. Ferrum arenæ mineralisatum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 255. *n.* 18. Ferrum mineralisatum in formam arenæ collectum.

Woltersd. miner. 31. Ferrum glareosum atrum magnetem sequens.

Vogel miner. 80. Arena ferrea.

Cartheus. miner. 10. Arena metallica.

Habitat in Italia *ad radicem montium colliumque vulcaniorum, ad* Sibiriæ, Groenlandiæ, Islandiæ, Lapponiæ, Fennoniæ, Sueciæ *fluvios & littora, ad littora maris* Baltici, *ad rivum* Kirniz Lusatiæ, *in* Bohemia (*prope* Presniz,) *in* Transilvania (*ad fluvium* Aranjos,) *in* Elba, Britannia (*ad fanum* S. Maclovii,) Jamaica, India, *potissimum in maritimis* Coromandel & Zeylona, *ex mineris præcedentibus per torrentes & maris undas comminutis & in remota sæpe loca delatis natum, granis obtuse angulatis.*

hepaticum. 7. F. retractorium hepaticum, tritura nigra subscintillans, in fragmenta subcubica dissiliens.

Habitat in alpibus Lapponicis, e. gr. Jellivari, *compactum. An distincta species?*

nitens. 8. F. retractorium nigrum compactum tritura rubra, in fragmenta nitentia cubica dissiliens.

Cronst. miner. §. 211. 2. 3.

Habitat in Norwegiæ *fodinis prope* Arendal. *An distincta species?*

rhombeum. 9. F. retractorium tritura rubra compactum in fragmenta rhombea dissiliens.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 139. *n.* 14. Ferrum (decussatum) retractorium rubricosum rhombeo-striatum.

Habitat in Sueciæ *fodinis* Bitsbergensibus. *An distincta species?*

suecicum. 10. F. retractorium compactum nigrum, tritura rubra, in fragmenta indeterminata dissiliens.

Cronst. miner. §. 211. 2. 1.

β?) Syst. nat. 177. *n.* 14. XII. 3. *p.* 139. *n.* 15. Ferrum (virens) subretractorium rubricosum, particulis impalpabilibus nitidis.

Habitat in Sueciæ *fodinis* (*prope* Bilsee,) *β*) *adinoto inhærens prope* Norberg, Persberg, Grengie, Kengis.

lamellosum. 11. F. retractorium nigrum lamellosum, tritura rubra.

Cronst. miner. §. 211. 2. 4. Minera ferri retractoria tritura rubra lamellosa.

β) *Syst. nat.* I. *p.* 177. *n.* 17. XII. 3. *p.* 139. *n.* 16. Ferrum (squamosum) subretractorium rubricosum, particulis squamosis.
Habitat in Norwegia (*prope* Gellebeck).

Magnes. 12. F. attractorium compactum formæ communis.
Syst. nat. I. *p.* 176. *n.* 12. XII. 3. *p.* 142. *n.* 27. Ferrum attractorium.
Woltersd. miner. 31. Ferrum amorphum, ferrum attrahens.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 235. *n.* 3. Ferrum mineralisatum, minera ferrum attrahente & polos mundi ostendente.
Habitat in Daniæ, Norwegiæ (*prope* Arendal, Lærmstadt, Bamble,) Sueciæ (e. gr. *ad montem* Hœgberg,) Lapponiæ (*prope* Januswando,) Sibiriæ, *potissimum* Uralicis, Indiæ, *regni* Peruani, *insulæ* Serpho archipelagi, Elbæ, Hungariæ (*prope* Taifolz,) Temesiæ (*prope* Dognaska,) Bohemiæ (*prope* Platte, Orbicau & *ad montem* Caff.,) Saxoniæ (*prope* Johanngeorgenstadt, Ehrenfriedersdorf, Dörfchemniz, Schmalzgrube & Breitenbrunn,) Franconiæ (*prope* Lichtenberg) & Sueviæ (*prope* Aalen *ferri-fodinis*, *in grana secedens*, *in fragmenta indeterminata obtusangula dissiliens*, *utplurimum*, *parum nitens*, *durum*, *fragile*, *ferrei aut chalybei coloris*, *rarius ex cærulescente cinerei*, *fusci aut rufescentis*, *tritura rarius rubra*, *quam nigra*, *rarius* (e. gr. *in* Norwegia) *globosum*, *polos duos monstrans polos mundi respicientes*, *hinc experimentis physicis*, *navigationi*, *investigando ferro aliisque usibus inserviens.*

granulare. 13. F. attractorium texturæ granularis formæ communis.
Cronst. miner. §. 209. 2. 1. 2. 1. 2. & 3.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 235. *n.* 3. b. Magnes colore ferreo granularis.
Habitat in Sueciæ *ferrifodinis* Kærrgrufoe & *prope* Norberg,) *magneti ceterum simile.*

fibrosum. 14. F. attractorium texturæ fibrosæ formæ communis.
Karsten Lesk. Mineralkab. 1. *p.* 442.
Habitat in Suecia, *coloris inter dilute chalybeum & cærulescenti-canum intermedii*, *parum nitens*, *in grana secedens*, *opacum*, *molle*, *fragile*, *in fragmenta indeterminata non valde obtusangula dissiliens*, *tritura ex cærulescenti atra*, *fibris teneris rectis fasciculatis.*

squamo-sum. 15. F. attractorium texturæ lamellosæ formæ communis.
Cronst. miner. §. 209. 2. 1. 2. 1. 4.
Karst. Lesk. Mineralkab. 1. *p.* 446.
Danz chem. Annal. 1785. 2. *p.* 426.
Habitat in Norwegia (*prope* Bamble & Sandswer,) *in terris* Rhenanis, *atrum*, *lamellis crassis rectis*, *tritura rubra.*

subte-traedrum. 16. F. attractorium atrum formæ crystallinæ.
Habitat in Norwegiæ (*prope* Bramble,) Saxoniæ (*prope* Breitenbrunn) & Carinthiæ (*prope* Fragant & Huttenberg) *fodinis*, *interdum una cum cupro fulvo gneisso fornacum immersum*, *crystallis utplurimum pyramida tetraedrum duplicem sæpe exilem*, *rarius prisma tetraedrum obliquangulum aut cuneum hexaedrum altero fine in aciem*, *altero in pyramida-tetraedrum irregularem terminato referentibus.*

basalti-cum. 17. F. attractorium spadiceum columnas graciles in majores fasciculatas interdum articulatus referens.
Hacquet Schr. berl. Naturf. 4. *p.* 13. *t.* 3. *f.* 1. 2.
Danz chem. Annal. 1785. 2. *p.* 424.
Flurl bergm. Journ. 1789. 2. *p.* 1092.
Reuss. Orogr. des boehm. Mittelgeb. p. 89.
Ferber Bemerk. in Neufchatel &c. p. 5.
Stouz Abh. der boehm. Ges. 1788. *p.* 174.
Habitat in Ducatus Bipontini *valle* Itas, *etiam prope* Moschel-Landsberg, *in* Franconia (*prope* Lichtenberg,) Palatinatu *superiori* (*prope* Amberg) & Bohemia (*prope* Prizen, Augezd & *monasterium* Osseg,) *ampla utplurimum strata constituens*, *columnis calore & ad aërem a se invicem discedentibus*, *ferrum*, *frictione ad magnetem præparatum trahens.*

micaceum. 18. F. intractabile ferrei coloris nitens texturæ lamellosæ.
Syst. nat. I. *p.* 176. *n.* 7. XII. 3. *p.* 139. *n.* 18. Ferrum intractabile rubricans micaceum nitens.
Waller. miner. 169. Ferrum arsenico mineralisatum minera micacea rubra s. attritu rubente.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 242. *n.* 8. Ferrum mineralisatum, minera micacea squamosa, colore griseo seu ferreo nitens, tritura humida rubra.
Carth. miner. 72. Ferrum mineralisatum squamosum griseum splendens friabile.
Cronst. miner. §. 201. 2. 1. 4. Hæmalites cærulescens squamosus.

β) *Syst. nat.* I. *p.* 177. *n.* 18. Ferrum retractorium particulis sublaminosis solidescentibus.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 140. *n.* 19. Ferrum (cærulescens) intractabile rubricans, squamis sublaminosis cærulescentibus.

Waller. miner. 257. Minera ferri cærulescens laminosa.

Habitat in Sibiriæ (Nefedjewskoi *ad lacum* Onega,) Laponiæ (*prope* Jellivari,) Sueciæ (*prope* Grengie & Calmar,) Hercyniæ (*prope* Osterodam & Zorge,) *comitatus* Sayn (*ad montem* Streitberg,) Franconiæ (*ad* Ochsenkopf *montis* piniferi,) Saxoniæ (*prope* Altenberg & Johanngeorgenstadt,) Lusatia (*prope* Markersdorf) & Hungariæ (*prope* Topschau) *ferrifodinis, utplurimum in grana, rarius in crustas, rarissime in bacillos secedens, lamellis sæpius incurvis quam rectis, crebro partibus majoribus, interdum minoribus, aliis fossilibus quartzo, fluori, ferro ochraceo, immersum, rarius superficiale, utplurimum forma communi, interdum forma tabularum hexaedrarum lateribus coalitarum conspicuum.*

speculare. 19. F. intractabile compactum nitoris & coloris chalybei, tritura rubra, intus speculi instar nitens.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 239. & 241. *n.* 6. 7. Ferrum mineralisatum, minera grisea seu albo-cærulescente, tritura rubra, magnete refractaria & Ferrum mineralisatum minera cærulescente aut nigrescente, magneti vel amica vel refractaria.

Cronst. miner. §. 201. 2. 1. 1-3. Minera ferri calciformis indurata cærulescens.

β) *Syst. nat.* I. *p.* 175. *n.* 3. XII. 3. *p.* 140. *n.* 20. Ferrum intractabile rubricans scintillans solidum rhombeo striatum.

γ) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 140. *n.* 21. Ferrum (cellulosum) intractabile rubricans, lamellis erectis interstinctis.

Habitat in Norwegiæ, Sueciæ (*prope* Bitsberg,) Germaniæ (*prope* Osnabrügg, Freyberg, Augustusburg & Altenberg,) *etiam prope* Thurmberg *in* Palatinatu *superiori*, *in* Lotharingiæ (*prope* Framont) & Ilvæ *ferrifodinis*, *superficie sæpe iridis coloribus ludente nunc in grana nunc in crustas nunc in bacillos secedens, sæpius forma communi, neque tamen raro forma crystallorum, in cellulas aut uvæ speciem sæpius aggregatarum nunc tabulas hexaedras nunc lentes exiles nunc pyramides triedras duplices & complanatas vel simplices & apice inflexas, nunc cubos, rarius perfectos vel marginibus, quam angulis truncatos nunc polyedra preferentium.*

rubrico- 20. F. intractabile rubrum lamellosum intus micans mollissi-
sum. mum attactu pingue & inquinans formæ communis.

Syst. nat. I. *p.* 176. XII. 3. *p.* 141. *n.* 23. Ferrum intractabile rubricans rubrumque, punctis impalpabilibus nitidis.

Cronst. miner. §. 203. 3. 2. Hæmatitas ruber squamosus.

Waller. miner. 27. Mica ferrea rubra.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 248. *n.* 13. Ferrum ochraceum mineralisatum rubrum, minera squamosa molli inquinante magneti refractaria.

Habitat in Cambria, Suecia (*prope* Nora, Norberk, *in monte* argenteo occidentali,) Saxonia (*prope* Ehrenfriedersdorf & Camsdorf,) Hennebergia (*prope* Suhl,) Hercynia (*in monte* Iberg & *prope* Zorge,) Nassovia, Hungaria, *colore nunc magis in chalybeum nunc potius in fuscum colorem vergente, sæpius crustæ more alias ferri mineras obducens, in grana secedens, lamellis incurvis nunc majoribus nunc minoribus, in fragmenta indeterminata valde obtusangula dissiliens.*

Hæmatites. 21. F. intractabile fibrosum duriusculum opacum tritura rubra aut flava.

Glaskopf. *Syst. nat.* I. *p.* 175. *n.* 5. XII. 3. *p.* 140. *n.* 22. Ferrum intractabile rubricans glandulosum fragmentis concentratis.

Waller. miner. 249. Ferrum mineralisatum minera figurata rubra s. tritura rubente.

Wolterd. miner. 31. Ferrum rubrum ex centro radiatum & Ferrum rubrum globosum extus punctatum.

α) nigrum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 245. *n.* 10. Ferrum ochraceum mineralisatum, minera nigrescente plerumque testacea aut figurata, tritura rubra magneti refractaria.

β) fuscum.

Cronst. miner. §. 202. Hæmatites nigrescens.

Blutstein. γ) rubrum.

Cronst. miner. §. 203. Hæmatites ruber.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 245. *n.* 11. Ferrum ochraceum mineralisatum, minera rubra dura utplurimum figurata, magneti refractaria.

δ) flavum, tritura flava.

Cronst. miner. §. 204. 2. Hæmatites flavus.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 247. *n.* 12. Ferrum ochraceum mineralisatum, minera flava plerumque figurata, rasura flava, magneti refractaria.

„*Habitat in* Angliæ (e. gr. *prope* Durham,) Scotiæ, Norwegiæ, Sueciæ, Sibiriæ, (e. gr. *in montibus* uralensibus *prope* Sinarskoi & Bodon,) Hungariæ, Carinthiæ (*prope* Hüttenberg,) Bohemiæ, Saxoniæ (e. gr. *prope* Johanngeorgenstadt & Freyberg & *in monte* Rothenberg,) Hassiæ (e. gr. *prope* Schmalcalden,) Hercyniæ (e. gr. *prope* Osterodam,) Electoratus Trevirensis (e. gr. *prope* Herrausen,) *ducatus* Bipontini (Frischermuth, δ) *in* Bohemiæ (*prope* Camerhof) & Hungariæ (*prope* Scalca, Hiadla, Stiar, Roniz, Taisolz, Boinik & Libeten, γ) *in* Pyrenæorum (*inter* Sem & Lercoul,) Britanniæ (*prope* Salles,) Scotiæ (*prope* Pitfichie *provinciæ* Aberdeen,) Angliæ (*prope* Workington Cambriæ,) Sueciæ (*in monte argenteo occidentali* Westmanniæ,) Hercyniæ (*prope* Hüttenrodam, Osterodam & Andreasberg,) Saxoniæ (*prope* Camsdorf, Schneeberg, Altenberg, Schwarzenberg, Eibenstock, Grosschirma, Schellerhau & Bœsenbrunn,) Lusatiæ (*prope* Wehrau,) Bohemiæ (*prope* Presniz, Radnik & Platte,) Hungariæ (*prope* Ruskowa, Sirck & Stoos,) Transilvaniæ (*prope* Gyaller,) Carinthiæ (*prope* Neumarktl,) Austriæ (*prope* Graskopf,) Wirtembergiæ (*prope* Schiltach) & Bipontii (*prope* Moschellandsberg,) β) *in* Angliæ (Hubbadule Derby,) Sueciæ (*prope* Norberg,) Saxoniæ (*prope* Bœsenbrunn & Scheibenberg,) Bohemiæ (*prope* Melnik,) Hungariæ (*prope* Ruskowa, Scalca & Boimk,) Carinthiæ (*prope* Bleyberg,) Austriæ (*in monte* Gastricensi) & Bipontii (*prope* Tabernas montanas, α) *in* Sibiriæ (e. gr. *prope* Catharinenberg,) Sueciæ (*prope* Bitsberg, Wick, Norberg, Ritterhütte, Langbanshütte &c.,) Norwegiæ (*prope* Arendal,) Lapponiæ (*prope* Jellivari,) Angliæ (*præsertim* Glocestriæ,) Hercyniæ (*ad montem* Iberg, *prope* Zellerfeld & Zorge,) Hennebergiæ (*in planitie* Buchebene,) Saxoniæ (*prope* Gilsdorf, Voigtsberg, Camsdorf, Scheibenberg, Marienberg, Schwarzenberg & Blankenburg,) Lusatiæ (*prope* Rengerdorf,) Marchiæ Brandenburgicæ (*prope* Kisterniz,) Bohemiæ (*prope* Platte,) Moraviæ (*prope* Buttenwald,) Hungariæ (*prope* Suchodolina, Libeten, Ruscowa, Stiavncza, Roniz & Taisolz,) Carinthiæ, Carnioliæ, Ilvæ, Brisgoviæ (*ad montem* Heuberg,) Sueviæ (*prope* Gindelwangen, Ahlen & Neuhausen,) Wirtembergiæ (*prope* Neoburgum) & Nassoviæ (*in* Siegenensi & Dillenburgica *parte*) *fodinis, rarissime crustæ instar alia fossilia obducens, superficie in-*

terdum iridis coloribus ludente aut argenticoloribus arbusculis picta, fibris crebrius parallelis, quam fasciculatis vel stellatis, in festucas longas aut fragmenta cuneiformia, rarius in discoidea dissiliens, intus interdum cavum, aut extrinsecus quartzo vel chalcedonio quasi cortice obductum nunc in grana nunc in bacillos nunc in crustas secedens, rarius formæ communis, quam reniforme, botryoides, globosum, stillatitium, fistulosum aut arbusculas referens, varietas rubra sanguinis profluviis sistendis, aliisque medicamentis, poliendis quoque metallis, potissimum ferro & chalybi inserviens.

compactum. 22. F. intractabile compactum duriusculum opacum, tritura rubra aut flava.

Cronst. miner. §. 202. 203. 204. 2. 3. & 5. 1.

Waller. syst. miner. p. 244. 246. 247. *n.* 10. 11. 12. Hæmatites solidus.

β) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 141. *n.* 25. Ferrum (glomeratum) intractabile rubricans octaedro granulatum.

δ) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 141. *n.* 24. Ferrum (arenosum) intractabile nigrans, particulis granulatis opacis.

Habitat in Sibiriæ (*prope* Catharinenburg *aliisque*,) Lapponiæ (*prope* Jellivari,) Sueciæ (*prope* Grengie & *in monte* Taberg,) Hercyniæ (*prope* Rübeland,) Franconiæ (*prope* Naila & Suhl,) Thuringiæ (*prope* Saalfeld,) Saxoniæ (*prope* Camsdorf, Chemniz, Schneeberg, Eibenstock & Johanngeorgenstadt,) Varisciæ (e. gr. *prope* Schlaiz,) Lusatiæ (*prope* Wehrau,) Bohemiæ (*prope* Tœpliz,) Temesiæ, Carnioliæ (*prope* Kumpell,) Tirolis, Wirtembergiæ (*prope* Heidenheim,) Helvetiæ (*in valle* Mühlthal,) Italiæ, Navarræ (*prope* Baigory,) *electoratus* Trevirensis (*prope* Herrhausen,) Nassoviæ *partis* Siegenensis, Namurci *fodinis*, *frequentius in grana secedens, interdum vagus, crebro in stratis aut venis obvius, quas integras constituit, nonnunquam aliis fossilibus inspersum, flavum, rubrum aut nigrescens, texturæ nunc æqualis nunc inæqualis, formæ crebro communis, alias globulosum, reniforme, stillatitium, fistulosum, cellulosum aut vestigiis hexaedro-pyramidalibus inæquale aut forma crystallorum frequentius adnatarum, quam liberarum, aggregatarum, quam solitariarum, rarius tetraedro-pyramidalium, quam cubicarum, quæ intus interdum cavæ & aqua repletæ, furno calido impositæ magno cum strepitu dissiliunt.*

spatosum. 23. F. intractabile lamellosum effervescens igne crepitans & nigrescens, in fragmenta rhomboidalia dissiliens.

Syst. nat. I. *p.* 175. XII. 3. *p.* 141. *n.* 26. Ferrum intractabile albicans spatosum.

Woltersd. miner. 31. Ferrum spatosum colore gilvo s. badio.

Waller. miner. 244. *n.* 3. Minera ferri alba spatiformis.

Waller syst. miner. 2. *p.* 251. *n.* 16. Ferrum calcareis lapidibus inhærens, minera alba vel fusca, facie lapidea, sine nitore, magnete non attractili.

Vogel. mineralf. 167. Minera martis spatosa.

Cronst. miner. §. 30-33. Terra calcarea marte intime mixta.

β). *Waller. syst. miner.* 2. *p.* 261. *n.* 24. Ochra ferri fusca.

Habitat, interdum strata ampliora & matricem aliarum minerarum constituens, in regno Tunetano; *in* Hispania, *in* Pyrenæis (*prope* Echaux, *inter* Sem & Lercoul, *etiam in comitatu* Ruscinonensi,) *in* Delphinatu (*prope* Allemont,) Alsatia (*prope* Rothau,) Pedemontio (*prope* Monastero,) *territorio* Bergamensi & Bresciano,) Tiroli (*prope* Schroaz,) Salisburgo, Stiria (*prope* Schladming & Eisenerz,) Carniolia (*prope* Jauberlig,) Carinthia (*prope* Hüttenberg, Austria (*prope* Reichenau,) Hungaria (*prope* Schemniz & Schmœlniz,) Silesia, (e. gr. *prope* Creuzburg,) Bomia (*prope* Ratieborziz, Sekerschann & Mayerhœfen,) Saxonia (*prope* Altenberg, Schneeberg, Freyberg, Bræunsdorf, Voigtsberg & Camsdorf,) Franconia (*prope* Neila & Lobenstein,) Thuringia (*prope* Kœniz,) Hassia (*prope* Schmalcalden & Wolzhausen,) Nassoviæ *parte* Saarbrückensi, Weilburgensi & *potissimum* Siegenensi, Rheni *ripis* (e. gr. *prope* Benndorf, Wolfstein, Obernhof, Wienar,) *Ducatu* Bergensi (*in monte* Windberg,) Hercynia (*prope* Clausthal, Cellerfeld, Lautenthal, Stolberg,) *principatus* Anhaltini *parte* Bernburgensi, Halberstadio (*prope* Dankenrode, *in* Uplandia, Dalecarlia & *alias passim in* Suecia, *in* Cambria & Glocestria Angliæ, *in granas, rarius in crustas flexuosas secedens, prunis inspersum lucem spargens, acidis totum solvendum, frequentissime album, colore tamen ad aërem fugaci, alias canum, cærulescens, rufescens flavum, rubrum, fuscum, nigricans, nigrum aut ad superficiem iridis coloribus ludens, rarius fistulosum, globosum, cellulosum aut vestigiis cubicis impressis conspicuum aut prouti prope Cremniz, fungiten figura referens, quam formæ communis aut crystallorum extrinsecus nitentium utplurimum aggregatarum, rarius pellucidarum, rarius*

pyramides triedras aut exilissimas tetraedras vel cubos, quam lentes pusillas, interdum rosæ petalorum instar aggregatas aut sellæ instar curvatas, vel rhombos faciebus sæpe convexis conspicuos referentium, parando chalybi præ aliis ferri mineris conducens, ferri calce aëre fixo saturata, utplurimum quoque terræ calcariæ & magnesiæ calci juncta.

siliceum. 24. F. intractabile scintillans.
Cronst. miner. §. 54. 1. & 65. Quartzum calce ferri atra intrinsece mistum & Jaspis martialis, Sinople.
Habitat in Palatinatus & Bipontinis, Hercyniæ (*prope* Rübeland,) Hungariæ (*prope* Schemniz & Bakabanya) *fodinis, in his sæpe auriferum, ceterum ex ferri calce petrosilici, quartzo aut jaspidi juncta constans, interdum quasi erosum.*

argillaceum. 25. F. molle opacum inconspicuum siccum.
Cronst. miner. §. 87. Bolus indurata particulis impalpabilibus.
Habitat in Italia, Wirtembergia, Nassovia (e. gr. *prope* Siegen,) Franconia (e. gr. *prope* Neila,) Varifcia, Saxonia (e. gr. *prope* Schneeberg, Chemniz & Schmidefeld,) Lusatia (*prope* Wehrau,) Bohemia (*prope* Tœpliz,) Hungaria (*prope* Scalca) & Temesia *nunc vagum nunc integra strata constituens nunc formæ communis nunc foraminulentum & intus fistulosum nunc cellulosum nunc lentes, renes, globulos, sæpissime pisa æquantes referens, interdum schistosum aut in crustas secedens, ex ferri calce & argilla compositum.*

Ochra. 26. F. intractabile inconspicuum opacum friabile.
Waller. miner. 205. Ferri terra præcipitata non mineralisata.
Cronst. miner. §. 200. 1. 1. 1. Minera ferri calciformis friabilis.
α) *Syst. nat.* I. *p.* 205. *n.* 1. XII. 3. *p.* 192. *n.* 1. *Mus. Tessin.* 106. Ochra ferri pulverea lutea.
It. Scan. 123. Ochra flava.
Woltersd. miner. 31. Ferrum terreum luteum friabile.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 258. Ferrum acido solutum & præcipitatum, colore flavo.
β) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 192. *n.* 2. Ochra ferri pulverea rufa.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 259. *n.* 22. Ferrum acido corrosum rubrum.

Habitat frequens in aquis ferriferis, *in receptaculis, canalibus* e.c. *in fundum delabens, alias quoque in insula* Celebes, Persia, Sibiria (*ad fluvium* Jesschanska,) Pensilvania (*prope* Fahlun *& in* Scania,) Anglia; Seelandia, Namurcio, *reliquo* Belgio, *ducatu* Clivensi, *episcopatu* Osnaprüggensi, *electoratu* Trevirensi, Hercynia (e. gr. *in monte* Rammelsberg,) Hassia, Saxonia, Franconia (e. gr. *prope* Wonsiedel, Neila, Coburg, Norimbergam, Altdorf,) Carinthia (*prope* Hüttenberg *&* Friesach,) Salisburgo, Alsatia, Helvetia, Italia (e. gr. *circa* Romam,) Hungaria (*prope* Schemniz *&* Stoos,) Transilvania (*prope* Gyaller,) Silesia (e. gr. *prope* Sagan,) *&* Lusatia (*prope* Wehrau,) *rarius stellatim fibrosum, luteo rubrove colore crebro in fuscum vergente, pictoribus usu suo magis natum, quam fusoribus.*

caeruleum. 27. F. intractabile friabile terreum inconspicuum ad aërem caeruleum, igne fuscescens, a lixivio caustico colores mutans.

Cronst. miner. §. 206. Calx martialis phlogisto juncta & alcali praecipitata.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 260. *n.* 23. Ferrum solutum alcali praecipitatum & phlogisto junctum caeruleum.

Habitat frequens ad fluvium Schadugna, *prope* Muran *& in aliis* Sibiriae *&* Russiae *oris*, *in* Islandia, Norwegia, Scaniae *planitiebus*, Scotiae *&* Belgii *paludibus*, *in electoratu* Hannoverano (*prope* Maschen,) *episcopatu* Hildesiensi (*prope* Peinam,) Hassia (*prope* Hirschfeld,) Suevia (*prope* Babenhusen,) Brisgovia (*prope* Herderen,) Carnioliae *alpibus* Vacchinensibus, Carinthia (*prope* Bleyberg,) Thuringia (*ad montem* Eckartsberg,) Lusatia (*prope* Doberich *&* Olbersdorf,) Silesiae (*prope* Beuthniz, Pathowiz, Dachenberg. Creuzburg *&* Niederleschen,) *&* Poloniae (*prope* Cracoviam) *uliginibus, argillae, turfae, humo aut aliis ferri mineris innidulans, infra terram nonnunquam lacteum & ad aërem demum colorem caelestem smaltae aut indicum assumens, ferri circiter* $\frac{1}{4}$ *argillae arenaeque mistam continens, post ustionem in igne magnetem sequens, pigmenti loco* e. gr. Tungusis *inserviens.*

smaltinum. 28. F. intractabile duriusculum terreum opacum inconspicuum caeruleum, a lixivio caustico colorem non mutans, igne cinerascens.

Klaproth Schr. berl. Naturf. 10. *p.* 91.

Habitat in Hungaria *prope* Vorau, *una cum quartzo venam $\frac{1}{4}$-$\frac{1}{2}$ pollicis, gneissum micaceum album pererrantem constituens, cupri expers, jam in fodina cæruleum, candescendo cum cineribus clavellatis omnem colorem exuens, acidis non solvendum, cum borace in vitrum pellucidum dilute flavum, cum ossium acido in vitrum coloris expers colliquescens, & ferri calce, terra aluminosa & silicea conflatum.*

subaquosum. 29. F. intractabile inconspicuum opacum coloris obscuri humidum.

Syst. nat. I. *p.* 190. XII. 3. *p.* 187. *n.* 5. Tophus (Tubalcaini) humoso ochraceus.

Cronst. miner. §. 200. 1. 1. 2. Minera ferri calciformis.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 255. *n.* 19. Ferrum limosum, minera fusca, facie terrestri vel scoriacea, subaquosa.

α) polymorphum *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 187. *n.* 5. δ.

β) placentiforme *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 187. *n.* 5. γ.

γ) nummiforme *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 187. *n.* 5. β.

δ) globiforme. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 187. *n.* 5. ε.

ε) globosum. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 188. *n.* 7. Tophus (globus) arenoso-ferreus subrotundus.

ζ) grandiniforme. *Mus. Tessin.* 74. *n.* 8.

η) pisiforme. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 187. *n.* 5. α.

θ) Aëtites.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 614. *n.* 2. Lithotomi cavitate latente, parietibus nudis donati.

a) *Syst. nat.* I. *p.* 193. *n.* 3. XII. 3. *p.* 179. *n.* 1. *Mus. Tessin.* 78. *n.* 2. *Schreb. lith.* 97. Aëtites embryone libero terrestri.

Imperat. hist. nat. 738. Aëtites geodes.

Waller. miner. 407. Aëtites terra inclusa.

b) *Syst. nat.* I. *p.* 193. XII. 3. *p.* 179. *n.* 2. *Mus. Tessin.* 78. *n.* 1. *Gron. suppl.* 58. *n.* 1. 3. *Schreb. lith.* 99. Aëtites embryone libero lapilluloso.

Imper. nat. 739. Aquilinus.

Waller. miner. 407. *n.* 1. Lithotomi cavitate latente donati.

ι) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 187. *n.* 6. Tophus (Lithoxylon) ferreus ochraceus longitudinaliter enatus.

Habitat sub aqua in Sibiriæ, Russiæ (e. gr. Newa) *fluviis, in* Smolandia, Dalecarlia, Norlandia Sueciæ, *in* Belgio (*prope* Lugdunum,) Lotharingia (*prope* Dax, Val-S. Amarin &c.) Normannia, Britannia (*prope* Vitry,)

districtu Turonensi (*prope* Pouilly,) Franciæ *insula* (e. gr. *prope* Genicours,) Burgundia, Alsatia, Helvetia, Wirtembergia, *reliqua* Suevia *comitatu* Salmensi, *electoratu* Trevirensi (*prope* Mardorf,) Hercynia (*prope* Ilefeld,) Hassia, *circulo* Salico (*prope* Halam,) Varifcia, Bohemia, Lusatia (*prope* Tribel,) Silesia (*prope* Wichelsdorf,) Hungaria, Transilvania (*prope* Refchinar) *ex humo ferriferro, ut videtur, natum a phosphori acido inhærente ferrum exhibens frigidum fragile utplurimum fuscum, interdum rubrum, luteum, lutescens, virescens, cæruleum, cinereum, ex calybeo atrum, nigrum, aut in superficie variegatum, formæ communis, tum crebro foraminulentum, alias fistulosum, orbiculare granorum, renis, globi magis minusve perfecti cavi vel solidi, majoris vel minoris specie conspicuum.*

viride. 30. F. coloris psittacini, nitens.

Hoffmann bergm. Journ. II. 1. *p.* 397.

Habitat Schneebergee *aliis induratis ferri, wismuthi, niccoli cobaltique mineris insidens, interdum tabulas referens, an ferrum muriæ acido junctum? an revera hujus generis?*

arsenicale. 31. F. canum opacum carbonibus injectum arsenici vaporem eructans.

Proust annal. de chim. 1. *p* 195.

Habitat in Hispaniæ *cuprifodina, plumbo cum arsenici acido juncto externo habitu simile, aqua & nitri acido, vel buliente non solvendum, & vasis clausis igni expositum liquescens quidem, ut tamen nullum vaporem emittat.*

sulphuratum. 32. F. opacum prunis inspersum vaporem flammamque sulphuris emittens.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 116. *n.* 7. Pyrites (aquosus) mineralisatus lividus.

Cronst. miner. §. 152. Pyrites colore rubescente.

Waller. miner. 210. *syst. miner.* 2. *p.* 133. *n.* 7. Sulphur ferro mineralisatum, minera fusca vel hepatica.

Habitat in Sueciæ, Saxoniæ, Hercyniæ, Rhenanis *fodinis variis, creberrime fuscum, interdum dilutius, aut coloris inter aurichalceum & calybeum intermedii, aut chalybei, aut in superficie variegati, in grana utplurimum secedens, formæ creberrime communis, nonnunquam cellulosum, pectinatum, sulcis decussantibus in super-*

aliis arsenici mineris insidens, pyramides (β) interdum tetraëdras duplices referens.

Auripigmentum. 3. A. ponderosum flavum incurve lamellosum, nitoris intus cerei, igne agitatum multam sui partem relinquens.
Syst. nat. I. *p.* 169. *n.* 2. XII. 3. *p.* 113. *n.* 2. Pyrites nudus flavus micis auratis. ♆ o—o.
Waller. miner. 226. Arsenicum sulphure, lapide spatoso & micaceo mineralisatum, minera flavescente.
Waller, syst. miner. 2. *p.* 163. *n.* 5. Arsenicum nativum sulphure mixtum planis micans flavum.
Woltersd. miner. 28. Arsenicum luteum lamellatum micaceum.
Cronst. miner. §. 239. 2. 1. 1. Calx arsenici sulphure mixta flava.
Habitat in Hungaria (*prope* Felsobanya & Neusol,) Wallachia, Buckowina, Georgia (*prope* Gumischcana,) Natolia & *reliquo* Oriente, *diaphanum, formæ communis sandaraca difficilius igne liquescens, igne leniori rubescens, fortiori arsenici fumum sulphurisque flammulam eructans pictoribus, atramento sympathetico, liquori vini probatorio Turcis parando; quod vocant Rusma inserviens, ex arsenici calce, sulphure & tertia adhuc incognita parte conflatum.*

Sandaraca. Rauschgelb. 4. A. subponderosum rutilum tritura aurantia recte lamellosum igne agitatum facile liquescens & fumi arsenicalis albi & flammulæ sulphureæ specie avolans.
Syst. nat. I. *p.* 170. *n.* 2. XII. 3. *p.* 117. *n.* 4. Arsenicum nudum rubrum ♆.
Waller. miner. 224. *syst. miner.* 2. *p.* 163. *n.* 4. Arsenicum nativum sulphure mixtum rubrum.
Woltersd. miner. 28. Arsenicum rubrum.
Cronst. miner. §. 239. 2. 1. 2. Calx arsenici sulphure mixta rubra.
Habitat in Siciliæ (*etiam prope* Cataldo,) & *regni* Neapolitani (*ad* Vesuvium & Solfataram) *montibus ignimovis, eorumque vicinia, in* Hungariæ (*prope* Schemniz, Tajoba & Felsobanya,) Transilvaniæ (*prope* Nagyag,) Bohemiæ (*prope* Joachimsthal,) Saxoniæ, Hercyniæ (*prope* Andreasberg,) Bipontii *fodinis, etiam in* Japoniæ *insula* Ximeo (*prope* Mungo,) *auroræ colore tinctum vel coccineum, in grana secedens nunc superficiale nunc quartzo, barytidi, fluori, argillæ, arenario, lavæ,*

lavæ, bitumini, creberrime arsenico nativo inspersum, opacum, subopacum, diaphanum, semipellucidum aut pellucidum, rarius forma crystallorum conspicuum.

sulphuratum. Rauschgelbkies. 5. A. nitoris metallici ex cinereo cærulescens durum, igne agitatum fumum arsenici album flammulamque sulphuris cæruleam eructans.

Syst. nat. I. *p.* 170. *n.* 7. XII. 3. *p.* 118. *n.* 5. Arsenicum mineralisatum cinereo-cærulescens micans. ♀ ♂.

Cronst. miner. §. 241. 3. 1. Arsenicum ferro sulphurato mineralisatum.

Cartheus. miner. 58. Arsenicum mineralisatum informe, particulis planis albis nitidis.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 167. *n.* 8. Arsenicum sulphure & ferro mineralisatum, minera difformi, granulis cinereo-cærulescentibus, micante.

β) *Waller. syst. miner.* 2. *p.* 168. *n.* 9. Arsenicum pyrite sulphureo mineralisatum solidum flavescens.

Habitat in Sueciæ (*prope* Tavastehas, Losă, Talberg,) *interdum mollius, creberrime durum, ut ad chalybem scintillas edat arsenicum dentes, ad aërem nitorem metallicum cito exuens, igne agitatum sandaracam exhibens, texturæ inæqualis utplurimum granularis, rarius lamellosæ aut radiatæ.*

albicans. Mispickel. 6. A. nitoris & coloris stannei durum igne agitatum arsenici fumum album eructans.

Syst. nat. I. 174. XII. 3. *p.* 118. *n.* 6. Arsenicum mineralisatum, fragmentis planis nitidis ♂.

Waller. miner. 227. Arsenicum ferro mineralisatum, minera albescente tessulis & planis micante.

Wall. syst. miner. 2. *p.* 165. *n.* 6. Arsenicum ferro mineralisatum, minera albescente granulis vel planis micante.

Cronst. miner. §. 241. 3. 2. Arsenicum metalliforme ferro mixtum.

Woltersd. miner. 28. Arsenicum albicans splendens.

Just. miner. 181. Mispickel.

β) *Waller. syst. miner.* 2. *p.* 166. *n.* 7. Arsenicum ferro mineralisatum, minera albescente crystallisatum.

Cronst. miner. §. 241. 3. 2. 3. Arsenicum metalliforme ferro mixtum crystallisatum.

a) pyramidibus tetraedris duplicibus.

Syst. nat. I. *p.* 170. *n.* 3. XII. 3. *p.* 118. *n.* 7. Arsenicum (crystallinum) mineralisatum crystallisatum octaedrum nigricans. ♂.

Waller. miner. 218. Arsenicum ferro mineralisatum, minera tessulari livido-nigra.

b) prismatibus tetraedris obliquangulis.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 118. *n.* 8. Arsenicum (cubicum), mineralisatum crystallisatum cubicum.

Habitat in Cornubiæ, Pyrenæorum (*prope* Ouillere & Lanoucadé,) Fürstenbergiæ (*prope* Wittichen, Salisburgi,) Stiriæ (*prope* Schladming,) Bohemiæ, Silesiæ (*prope* Kupferberg & Rudolstadt,) Saxoniæ (*prope* Altenberg, Ehrenfriedersdorf, Schneeberg, Hohenstein & Freyberg,) Thuringiæ (*prope* Sangerhausen,) Hercyniæ & (*prope* Salberg, Dannemora, Uto, Riddarhytta, *monte argenteo* occidentali) Sueciæ *fodinis*, *stanni mineris sæpe subtilissime insperſa in grana, rarius in bacillos secedens, in argenti colorem non raro vergens, nitoris tenacius, quam sulphuratum, igne vasis clausis agitatum arsenicum album præbens, superficie interdum sulcis decussatis exarata, aut arbusculis nigris picta, formæ utplurimum communis, rarius rotundatæ, aut crystallorum aggregatarum.*

argentiferum. 7. A. nitoris argentei texturæ subtilissime granularis in grana secedens, igne agitatum arsenici fumum & cum plumbo fusum argenti granum exhibens.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 150. *n.* 7. Argentum (arsenicale) mineralisatum arseniciale ꝏ, ♂.

Cronst. miner. §. 171. Argentum ferro & arsenico sulphurato mineralisatum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 340. *n.* 10. Argentum arsenico, sulphure & ferro mineralisatum, minera albo colore nitente.

Habitat in Saxoniæ (*prope* Bræunsdorf & Freyberg,) Bohemiæ (*prope* Ratieborziz,) Salisburgi (*in cuniculo* S. Floriani,) & Stiriæ (*prope* Schladming) *fodinis*, *ex arsenico, sulphure, ferro, & paucissimo argento conflatum.*

87. CUPRUM. ♀ Ductile, malleabile, rubrum, elasticum, durum, sonorum, ponderis specifici = 8876. 1000.

Æruginem facile contrahens; acidis natro, oleis colore cæruleo aut viridi, ipso sulphure facile solvendum.

Igne difficilius flüens, & liquatum, aquæ infusum maxima cum violentia dissiliens, antequam cendat, vivacissimis coloribus ludens, diuturno igne in calcem spadiceum abiens, vitrum viridi colore tingens.

nativum. 1. C. nudum nitoris metallici.
Syst. nat. I. *p.* 178. *n.* 1. Cuprum nudum mineræ inhærens.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 143. *n.* 2. Cuprum nudum mineræ inhærens.
Cartheus. miner. 69. Cuprum nudum malleabile.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 274. *n.* 1. *Cronst. miner.* §. 191. 1. Cuprum nativum.

præcipitatum. β) C. præcipitatum supra ferrum arenoso coalescens.
Syst. nat. I. *p.* 178. *n.* 3. *Gronov. suppl.* 12. Cuprum præcipitatum.
Waller. miner. 277. *syst. miner.* 2. *p.* 275. *n.* 2. Cuprum purum ex solutione vitriolica præcipitatum.

crystallinum. γ) C. crystallisatum octaedrum. *Syst. nat.* I. *p.* 178. *n.* 2. XII. 3. *p.* 143. *n.* 3. *Mus. Tessin.* 60. (Fig. 23.)

Habitat in cupri *insula ad littus* Camtschatcæ *orientale, in* Sibiria e. gr. *in montium altaicorum fodina* Loctewskensi, (*prope* Casan, Umba, Konzoser, *& ad montem* Schlangenberg,) *in* Islandia *& insulis* Feroe, *in* Sueciæ (*prope* Norberg, Sunnerskog, Fahlun, Riddarhytta, *fodina* Heslekulle,) Turingiæ (*prope* Islebam, Blankenburg, & Saalfeld,) Saxoniæ (*prope* Camsdorf, Freyberg, Annaberg, Marienberg, Bærenstein, Raschau, Johanngeorgenstadt,) Bohemiæ (*prope* Grasliz & Catharinenburg,) Temesiæ (e. gr. *prope* Saska & Moldawa,) Transilvaniæ

(*prope* Decca,) Hungariæ (*prope* Kapnik, Laposbanya, Rudnobania, Misbanya, Illowa, Schmoelniz,) Austriæ (*prope* Spiz,) Carinthiæ (*prope* Fragant,) Tirolis (*prope* Schwaz,) Sueviæ (*prope* Alpiſſpacum & Ripoltsau,) Rhenanis (*prope* Rheinbreidenbach,) *in* Galliæ (Haux Pyrenæorum, Baygory Navarræ, & Choinée Lugdunenſis,) Cornubiæ (*prope* Redruth & Wheal-Spernon,) Hetruriæ (*prope* Paris) *fodinis etiam in faſtigio montis* Mutinenſis Modino, *texturæ uncinatæ, interdum granulatæ rarius lamelloſæ, ponderoſum, malleabile, rubrum ſuperficie interdum æruginoſa aut nigra, flava, fuſca variegata, interdum ſuperficiale, formæ utplurimum communis, verum quoque botryoides, capillare, filiforme, fruticulas, arbuſculas, denſes, cryſtallosve exiles referens, nunc cubicas, interdum in uvæ ſpeciem nunc pyramides tetraedras duplices, interdnm in ramos aut gemmæ ſpeciem aggregatus.*

lateritium. 2. C. rubrum molle nitoris metallici expers.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 193. *n.* 6. Ochra (cyprii) cupri vitrati pulverea obſcure ferruginea.

Cronſt. miner. §. 192. 2. 1. 1. 3. Minera cupri calciformis pura rubra.

Waller. ſyſt. miner. 2. *p.* 290. *n.* 16. Cuprum corroſum & ſolutum a mineris cupri deſtructis, præcipitatum rubrum.

Habitat in Saxoniæ (*prope* Camsdorf) & Temeſiæ *fodinis, in igne decrepitans & nigreſcens, acidis & natro volatili fere totum ſolvendum, fuſione cupri ultra dimidium ſui ponderis exhibens, texturæ utplurimum terreæ, rarius imperfecte conchaceæ, ſæpius cruſtæ inſtar alia foſſilia obducens.*

rubrum. 3. C. obſcure rubrum duriuſculum nitoris metallici expers.

Syſt. nat. XII. 3. *p.* 145. *n.* 9. Cuprum rubrum ochraceo-induratum.

Cronſt. miner. §. 193. Minera cupri calciformis pura & indurata, colore rubro.

Waller. ſyſt. miner. 2. *p.* 276. 277. *n.* 3. a. Cuprum minera ſolida, colore rubro mineraliſatum.

Habitat in Indiæ, Sibiriæ (*ad montes* altaicos, Schlangenberg, Uralenſes, *præſertim* gumeschewkenſibus,) Norwegiæ (*prope* Ordal,) Cornubiæ, Saxoniæ (*prope* Camsdorf & Freyberg,) Franconiæ (*prope* Naila,) Renanis (*prope* Rheinbreidenbach,) Temeſiæ (*prope* Saska, Dognaska, Oraviza, Moldava & Neumoldawa,) *hinc inde in*

statuis solidis ex cupro fabrefactis passim diffractis, ex 100 libris ad 70 cupri præbens, acidis & natro volatili fere totum solvendum, in igne decrepitans, & nigrescens, nunc compactum, nunc lamellosum, colore utplurimum coccionellam æmulans, interdum kermesino aut obscurius rubro (mordoreroth,) *forma sæpius communi, interdum stillatitia, aut crystallorum, utplurimum aggregatarum & nitentium, sæpe diaphanarum & in igne omnem pelluciditatem exuentium, rarius cubos aut rhombos, aut prismata tetraedra, aut pyramides triedras, aut duplices truncatas hexaederas, quam duplices tetraedras, aut prismata hexaedra, interdum utrinque pyramide hexaedra terminata, nonnunquam capiliaria, & tunc interdum stellatim aggregata referentium.*

hepaticum. 4. C. fuscum molle nitoris metallici expers.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 276. *n.* 3. b. c. Cuprum minera solida colore hepatico, mineralisatum.

β) *Waller. syst. miner.* 2. *p.* 338. *n.* 8. Argentum sulphure, arsenico & antimonio mineralisatum, minera fusca.

Cronst. miner. §. 172. 5. 1. Argentum antimonio sulphurato mineralisatum.

Habitat, creberrime cum cupro rubro, in Sueciæ (*prope* Fahlun) Saxoniæ (*prope* Camsdorf.,) Thuringiæ (*prope* Saalfeld,) *rhenanis* (*prope* Mehlbach,) Wirtembergiæ (*prope* Dornstentten,) Tyrolis (*prope* Schwaz,) Austriæ (*prope* Reichenau & Granigberg) & Temesiæ (e. gr. *prope* Saska,) β) *pauxillum argenti imixtum continens, in* Stiriæ (*prope* Schladming,) Saxoniæ (*prope* Freyberg & *præsertim prope* Bræunsdorf,) & Hercyniæ (*prope* Blankenburg) *fodinis, ex cinerascente flavicante aut rubro fuscum, nunc pulverulentum aut friabile intus terreum, nunc, induratum & sæpius compactum, interdum in crustas concentricas secedens aut stillatitium.*

piceum. 5. C. atrum duriusculum nitoris metallici expers.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 280. *n.* 6. Cuprum ferro & pauxillo sulphuris mineralisatum, minera nitente nigra.

Habitat in Hercyniæ (*prope* Lauterberg,) Austriæ (*prope* Spiz) & Temesiæ *fodinis, texturæ modo lamellosæ, modo imperfecte conchaceæ, ferro semper gravidum, ex 100 libris 7-8 cupri continens.*

fuligino-sum. 6. C. nigrum superficiale.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 291. *n.* 17. Cuprum corrosum & solutum, a mineris cupri destructis, præcipitatum nigrum.
Cronst. miner. §. 194. 2. 1. 2. Ochra cupri impura friabilis ferro mixta.
Habitat in Hungariæ, Saxoniæ (*prope* Freyberg,) *&* Sueciæ (*prope* Fahlun) *fodinis, cupro fulvo fatiscenti insidens, ferri calcis partem continens.*

cæruleum. 7. C. molle nitoris metallici expers ab acidis colorem cælestem in viridem mutans & sine effervescentia in his solvendum.
Syst. nat. I. *p.* 205. XII. 3. *p.* 192. *n.* 4. Ochra cupri pulverea cærulea.
Cartheus. miner. 70. Cuprum corrosum cæruleum terrestre.
Waller. miner. 280. *n.* 1. Cuprum solutum præcipitatum cæruleum.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 289. *n.* 15. Cuprum corrosum & solutum a mineris destructis præcipitatum cæruleum.

Armenus. β) C. cæruleum calcarium. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 146. *n.* 14.
Vog. miner. 111. *Baum. miner.* 1. *p.* 184. Lapis armenus.
Cronst. miner. §. 35. 2. 1. *&* §. 194. 2. 2. 3.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 289. *n.* 15. f. Cæruleum montanum lapidi calcareo sensibiliter mistum.
Habitat in Oriente, Armenia, Sibiria, Hungaria, Europa *australi, electoratu* Trevirensi (*in* Langenheke,) Hassiæ (*prope* Thalitter,) Saxoniæ (*prope* Camsdorf,) Cornubiæ, *fodinis, interdum in viridem colorem vergens, sæpe friabile & terreum, pigmento inserviens, sæpe* (*prope* Thalitter) *margæ schystosæ, aut* (β) *marmori inspersum.*

Cuprigo. 8. C. nitoris metallici expers ab acidis colorem cæruleum in viridem mutans, & totum cum effervescentia in his solvendum.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 194. *n.* 12. *Mus. Tessin.* 108. Ochra (Cuprigo) cupri germinans cærulea.
Cost. fossil. 105. Ochra ponderosa elegantissime cærulea.
Cronst. miner. §. 34. 2. Terra calcarea croco seu calce veneris intime mixta. *&* §. 194. 2. 1. Ochra veneris terra calcarea mixta.
Woltersd. miner. 30. Cuprum cæruleum plumosum.
Habitat in Permiæ *aliarumque* Sibiriæ *partium*, Lapponiæ (*prope* Russenika Sueciæ (*prope* Sunnarskog,) Saxoniæ (*prope* Schneeberg, Fryeberg *&* Camsdorf,) Thuringiæ (*prope* Saalfeld,) Hercyniæ (*prope* Cellerfeld,) West-

phaliæ (*prope* Stadtbergen,) rhenanis (Langenhecke, *prope* Wolfstein, Moschellandsberg, Caudebach & *in monte* Stahlberg,) *in* Alsatiæ, Lotharingiæ, Occitaniæ, Pyrenæorum (*ad montem* Bere & *prope* Loubie,) *in provincia* Lugdunensis (*prope* S. Bel,) *ad* Siciliæ (*in monte* Niso,) Hetruriæ (*prope* Massa di Marrema,) Wirtembergiæ (*prope* Bulach,) Tirolis (*prope* Thierberg, & Schwaz,) Hungariæ (*prope* Neusol) & *potissimum* Temesiæ *fodinis, pigmento cæruleo eximie inserviens, in grana, rarius in crustas secedens, nunc superficiale aliis cupri mineris insidens, nunc majoribus minoribusve partibus aliis fossilibus inspersum, colore azureo, smaltæ aut cælesti, modo pulverulentum, modo friabile intus terreum, inconspicuum formæ communis aut botryoidis, modo duriusculum rarius inconspicuum & intus terreum, quam nitens texturæ radiatæ forma sæpius communi interdum crystallorum, in agmen globuli, gemmæ, uvæ, fasciculi, stellæ speciem aggregatarum, modo lentes quadrangulas, modo prismata tetraedra rectangula vel obliquangula, nonnunquam pyramide tetraedra terminata referentium.*

viride. 9. C. dilute æruginosum acidis sine effervescentia, solvendum, a natro volatili colorem viridem in cæruleum mutans inconspicuum texturæ conchaceæ.

Habitat in Sibiriæ (*prope* Catharinenburg,) Saxoniæ (*prope* Camsdorf,) &. Thuringiæ (*prope* Saalfeld) *fodinis, opacum, igne nigrescens, nunc superficiale, nunc aliis fossilibus innidulans formæ communis, botryoides aut reniforme.*

argillosum. 10. C. molle viride intus nitens texturæ conchaceæ.

Renovanz Nachr. v. altaisch. Gebirg. p. 53.

Habitat in montibus Sibiriæ altaicis, *ab argilla inhærente linguæ adhærens, lætius aut obscurius viride, vel gramineum, gypsi instar, sectile, 24–30 libras cupri ex 100 exhibens, an distincta species?*

talcosum. 11. C. thalassinum mollissimum inquinans nitens.

Renovanz Nachr. v. altaisch. Geb. p. 51.

Habitat in montium altaicorum *fodinis* loktewskensibus, *minerarum argillarumque metalliferarum foveolis inhærens, talci miculas immixtas habens, nonnunquam pallidius, hinc inde metalli instar nitens aut diaphanum nunc lamellosum, nunc stellatim fibrosum.*

Ærugo. 12. C. viride adfuso natro volatili cæruleum tinctum adscis-
dens acidis cum effervescentia solvendum opacum nitoris metallici expers.

Waller. miner. 278. *syst. miner.* 2. *p.* 286. *n.* 14. Cuprum corrosum & solutum, a mineris destructis præcipitatum viride.

æris. α) *Syst. nat.* I. 205. XII. 3. *p.* 192. *n.* 3. Ochra (æris) cupri pulverea viridis.

Cart. fossil. 100. Ochra viridis, Chrysocolla f. Viride montanum.

Cartheus. miner. 70. Cuprum arrosum viride terrestre.

Cronst. miner. §. 192. 2. 1. 1. 2. Minera cupri calciformis pura viridis.

Malachites β) *Syst. nat.* I. *p.* 179. *n.* 7. Cuprum viride.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 146. *n.* 15. Cuprum viride gypseum.

Woltersd. min. 30. cuprum viride plumosum compactum polituram admittens.

Carth. miner. 69. Cuprum arrosum viride durum glabrum nitens.

Cronst. miner. §. 36. Terra gypsea venere mixta & §. 194. 2. 2. 1. Minera cupri calciformis impura indurata gypso mixta.

Vog. miner. 183. Malachites.

Ærugo. γ) *Syst. nat.* I. *p.* 205. *n.* 4. XII. 3. *p.* 194. *n.* 11. Ochra cupri germinans viridis.

Cartheus. miner. 30. Cuprum arrosum viride striatum.

Woltersd. miner. 30. Cuprum viride plumosum.

Habitat in Africæ (*regni* Congo,) Sibiriæ (*prope* Catharinenburg,) Temesiæ (*præsertim prope* Moldawa,) Hungariæ (*prope* Rezbanya,) Tirolis (*prope* Schwaz,) Wirtembergiæ (*prope* Bulach,) Hassiæ (*prope* Thalitter,) Westphaliæ (*prope* Sadtbergen,) Nassoviæ (*prope* Siegen, Dillenburg, Weilmünster,) Hercyniæ (*prope* Cellerfeld,) Thuringiæ (*prope* Saalfeld,) Saxoniæ (*prope* Camsdorf, Freyberg, Boesenbrunn, Oberschlema,) Angliæ (*prope* Aldarby, & Middleton, *comitatus* Ruscinonensis, & Hetruriæ (*prope* Massa di Maremna) *fodinis*, *quartam ad dimidium usque partem aëris fixi continens, igne nigrescens, in grana aut crustas, interdum valde incurvas secedens, intus radiatum, fibrosum aut compactum, texturæ planæ, terreæ aut imperfecte conchaceæ,* (*tunc egregiam polituram admittens* Malachites,) *duriusculum, rarius friabile, utplurimum obscure gramineum, nonnunquam coloris inter gramineum & pomaceum, vel*

pomaceum & æruginosum intermedii, superficiale, aut minoribus majoribusve partibus aliis fossilibus inspersum, forma communi, renum globorum, clavarum aut crystallorum acicularium vel capillarium sericeo nitore conspicuarum, interdum diaphanarum, stellatim, fasciculatim, in uvæ, renis, globi speciem aggregatarum.

ferruginosum. 13. C. olivacei coloris ab adfuso natro volatili in cæruleum abeuntis nitoris metallici expers.

Karst. Lesk. Mineralkab. I. *p.* 425. Cuprum ochraceum ferruginosum.

Habitat nunc obscurius aut coloris in porraceum vergentis, & tunc intus nitens & texturæ conchaceæ, in Saxoniæ (*prope* Camsdorf,) *nunc coloris altioris ad psittacinum accedentis, intus terreum & sine nitore in* Thuringiæ (*prope* Saalfeld) *&* Hercyniæ (*prope* Lauterberg) *fodinis, ferreæ calcis multum continens.*

arsenicale. 14. C. exolete olivacei coloris ab adfuso natro volatili in cæruleum abeuntis, in vasis clausis igni expositum nullum, in carbone arsenici fumum eructans, & cuprum ductile relinquens.

Klaproth Schr. berl. Naturf. 7. *p.* 160.

Habitat in Silesia (*prope* Jonsbach) *&* Cornubia (*prope* Carrarach,) *crystallis hexaedro-prismaticis pyramide hexaedra terminatis, aut acicularibus, solitariis vel fasciculatim stellatimve aggregatis, arsenici acidum continens.*

tessellatum. 15. C. obscure viride igni expositum arsenici fumum eructans, crystallis nitidis exilibus cubicis aggregatis.

Klaproth Schr. berl. Naturf. Ges. 7. *p.* 160.

Habitat in Cornubia (*prope* Carrarach) *quartzi crystallis innidulans, igne intumescens, & tardius, quam arsenicale, cupri granum exhibens, præter arsenicum ferri portionem continens.*

albidum. Weiserz. 16. C. duriusculum albidum metallice nitens in igne arsenici fumum eructans.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 145. *n.* 8. Cuprum mineralisatum arsenicale album. o—o, ♀, ♂.

Cronst. mineral, §. 197. Cuprum ferro & arsenico sulphurato mineralisatum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 280. *n.* 7. Cuprum arsenico & ferro mineralisatum, minera albescente.

Habitat sequentibus speciebus rarius, una cum aliis cupri mineris in Sibiriæ (*prope* Catharinenburg,) Temesiæ, Hungariæ (*prope* Schemniz & Herrengrund,) Sabaudiæ, Franconiæ (*prope* Cronach,) Saxoniæ (*prope* Freyberg,) Hassiæ (*prope* Frankenberg,) Hercyniæ, Angliæ (*prope* Middleton Lyas) *fodinis, minoribus particulis majoribusve frustis aliis fossilibus inspersum, coloris stannei aut argentei interdum in aureum vergentis, forma utplurimum communi, rarius pyramidis duplicis tetraedræ, præter cuprum, ferrum, arsenicum & sulphur, inspersum quoque, verum rarius, argentum nativum continens.*

purpureum. 17. C. duriusculum metallice nitens fragile rubrum aut cæruleum.

Syst. nat. I. p. 178. *n.* 5. Cuprum purpurascens.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 144. *n.* 5. Cuprum mineralisatum pyriticosum rubro azureum durum.

Gronov. suppl. 12. *n.* 14-28. Cuprum violaceum.

Woltersd. miner. 30. Cuprum nigricans splendens plerumque violaceum.

Waller. miner. 281. 282. Cuprum mineralisatum, minera fractura nitente fragili.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 278. *n.* 5. Cuprum sulphure & ferro parce admixtis mineralisatum, minera solida nitente violacea vel cærulescente fragili.

Cartheus. miner. 70. Cuprum arrosum cæruleum durum glabrum nitens.

Cronst. miner. §. 196. 2. 2. Minera cupri lazurea.

Habitat utplurimum una cum aliis cupri mineris in America *septentrionali* (Newyersey,) Sibiria (*prope* Catharinenburg, & *ad lacum* Onega,) Lapponia (*prope* Swappawari,) Norwegia (*prope* Ordal,) Saxonia (*prope* Glashutte, Annaberg & Camsdorf,) *comitatu* Mansfeldensi, Wirtembergia (*prope* Schiltach,) & Temesia (*prope* Oraviza & Dognaska,) *formæ communis, superficiale, vel minoribus particulis majoribusve frustis spato, quartzo, margæ schistosæ inspersum, colore tombacum, cuprum vel calybem induratam æmulans, utplurimum violaceo aut purpureo, fracturæ frequentius minutim conchaceæ, quam schistosæ, aut stellatim fibrosæ, præter cuprum, arsenicum & sulphur, pauxillum quoque ferri continens, interdum e. gr. prope* Neosolium ($\frac{3-10}{3200}$) *argenti, cupri ad* $\frac{1}{2}$-$\frac{1}{6}$.

cinereum. 18. C. duriusculum fragile metallice nitens compactum coloris calibei.
Fahlerz.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 144. *n.* 7. Cuprum mineralisatum pyriticosum cinereum o—o, ♂.

Syst. nat. I. *p.* 278. *n.* 4. Cuprum cinereum.

Gronov. suppl. 13. *n.* 38. Cuprum argento & arsenico mixtum.

Waller. miner. 283. Cuprum arsenico, ferro & argento mineralisatum, minera albescente.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 281. *n.* 8. cuprum arsenico sulphure & ferro plerumque una cum argento mineralisatum, minera cinerea vel nigra.

Cronst. miner. §. 196. 2. 1. Pyrites cupri gryseus.

β) *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 150. *n.* 6. Argentum (cinereum) mineralisatum cupri cinerei, tritura rubra. 🜺, ♁, ♀, ♂.

Waller. miner. 290. Argentum arsenico, cupro & ferro mineralisatum, minera grisea.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 337. *n.* 7. Argentum arsenico, sulphure, cupro & ferro mineralisatum, minera solida grisea.

Woltersd. miner. 30. Cuprum pallido-griseum splendens argenti dives.

Habitat frequens minoribus particulis majoribusve frustis quartzo, barytidi, terris calcariis, ferri cuprique calcibus nativis innidulans, in insula Timor (e. gr. *prope* Dilil, Ade) *in* Sibiriæ (*in* Tschudarum, *terra, & ad montes altaicos*,) Lapponiæ (*prope* Russenika & Eschavelok,) Norwegiæ (*prope* Bramble,) Sueciæ (*prope* Sunnerskog,) Scotiæ (*prope* Erskin,) Pyrenæorum (*prope* Astoescoria,) Lotharingiæ (*prope fanum* S. Mariæ) Siciliæ (*prope* Ali) Hetruriæ (e. gr. *prope* Seravezza,) Pondemonti (*prope* Dallagna) Carinthiæ (*prope* Rosseg & S. Hermagoras,) Salisburgi, Styriæ (*prope* Schladming,) Tirolis (*prope* Grosengogel, Roehrbuchel & Schwaz,) Wirtembergiæ (*prope* Schiltach, Bulach, Dornstette & Freudenstatt,) rhenanis (*prope* Fischbach, Mehlbach, *in monte* Stahlberg, *prope* Nohfelden, Berschweiler, Moschellandsberg, & Langeheke,) Hercyniæ, Thuringiæ (*prope* Saalfeld,) Saxoniæ (*prope* Camsdorf; Scharfenberg, Freyberg, Tschoppau, Annaberg & Johanngeorgenstadt,) Bohemiæ (*prope* Catharinenberg,) Hungariæ (*prope* Goellniz Schmoelniz, Czinobanya, Kapnik, Transilvaniæ (*prope* Salatnum,) & Temesiæ (*prope* Dognaska & Saska) *fodi-*

nis etiam in Turcia (*prope* Peram,) *ponderosum, facilè in fragmenta indeterminata dissiliens, intus quoque nitens, colore interdum in ferri colorem vergente aut superficie iridis coloribus ludente, compactum, rarius tamen texturæ planæ, faciebus internis speculi ad instar interdum nitentibus, præter cuprum, arsenicum, ferrum, & sulphur pauxillum argenti ad* $\frac{1}{203}$, *rarius* e. gr. *in* Transilvania (*prope* Facebai) *auri quoque continens, forma communi aut crebro crystallorum lævium nitentium, nunc prismata hexaedra in aciem terminata, aut pyramides simplices triedras, rarius perfectas, quam marginibus in aciem terminatis, aut angulis pyramidem alteram gestantibus conspicuas, referentium.*

fœtidum. 19. C. durum, metallice nitens, coloris plumbei texturæ conchaceæ contusum fœtens.

Renovanz von altaisch. Geb. p. 142.

Habitat in Sibiriæ *monte* Schlangenberg, $\frac{45}{100}$ *cupri, &* $\frac{1}{128}$ *argenti continens.*

psittacinum. 20. C. ponderosum obscure psittacinum radiatum in festucas dissiliens, in crustas sæpe secedens.

Renovanz altaisch. Geb. p. 235.

Habitat in cumulis fodinarum Bogojablenskensium *admontes* Altaicos Sibiriæ, $\frac{30-45}{200}$ *cupri, & ad* $\frac{1}{128}$ *argenti continens, an distincta species?*

altaicum. 21. C. duriusculum debilius nitens canum fragile textura festucas minores referens.

Renovanz altaisch. Geb. p. 235.

Habitat in cumulis fodinarum Bogojablenskensium *ad montes* Altaicos Sibiriæ, *cum psittacino eandem circiter cupri argentique copiam continens, spiritum salis ammoniaci viridi colore tingens, an distincta species?*

plumbeum. 22. C. nitoris & coloris blumbei texturæ planæ.

Linck chem. Annal. 1790. 1. *p.* 150. Derber Weisgulden von Andreasberg.

Habitat in Hercyniæ *fodinis, præter sulphur, cuprum & argentum (hujus ad* $\frac{12}{100}$ *) ferrum, arsenicum plumbumque continens.*

hercynicum. 23. C. duriusculum obscure nitens coloris ex atro cinerei.

Westrumb chem. Annal. 1789. 2. *p.* 527. Weisgultig Erz vom Harz.

Habitat in Hercyniæ *fodinis, multum cupri, stibii & sulphuris, aliquid ferri pauxillum argenti, arsenici plumbique nihil continens, an vere distincta species?*

dalicum. 24. C. nitoris metallici coloris chalybei tritura rubra.

Cronst. miner. §. 173. Argentum cupro & antimonio sulphurato mineralisatum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 338. *n.* 7. a. Argentum arsenico, sulphure, cupro & ferro mineralisatum, minera solida grisea.

Habitat in Sueciæ *fodinis* Dalicis (paroeciæ Ånimskog,) & Saxoniæ *(prope* Freyberg,) *arsenico carens, at præter ferrum* ($\frac{24}{100}$) *& cuprum* ($\frac{11}{100}$) *stibium quoque continens, & pauxillum argenti.*

fulvum. 25. C. flavum metallice nitens, prunis inspersum sulphuris vaporem flammamque eructans.

Syst. nat. I. *p.* 179. *n.* 8. XII. 3. *p.* 144. *n.* 4. Cuprum mineralisatum pyriticosum fulvum.

Wall. min. 284. Cuprum sulphure & ferro mineralisatum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 282. *n.* 9. Cuprum sulphure & ferro mineralisatum, minera colore aureo vel variegato nitente.

Cartheus. miner. 70. Cuprum mineralisatum duriusculum saturate luteum nitens.

Cronst. miner. §. 196. 3. 4. 5. Pyrites cupri.

β) *Syst. nat.* I. *p.* 169. *n.* 5. 6. 7. Pyrites ferreo-cupreus.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 115. *n.* 6. Pyrites mineralisatus amorphus non scintillans ♂, ♀.

Cronst. miner. §. 196. 3. Pyrites cupri flavo-viridescens.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 283. *n.* 10. Cuprum sulphure & ferro mineralisatum, minera ex flavo viridescente.

γ) *Waller. syst. miner.* 2. *p.* 284. *n.* 11. Cuprum pyrite sulphureo mineralisatum minera pallide flava.

Cronst. miner. §. 196. 4. Pyrites cupri pallide flavus.

δ) *Waller. syst. miner.* 2. *p.* 285. *n.* 12. Cuprum pyrite fusco mineralisatum, minera flavo-fusca.

Cronst. miner. §. 196. 5. Pyrites cupri hepaticus.

Habitat copiosissimum & innumera quidem varietate, nunc superficiale, nunc minoribus particulis majoribusve frustis margæ bituminosæ, aliis terris calcariis, quartzo &c. innidulans, galenæ, pseudogalenæ, ferri, aliarum cupri

minerarum frequens comes in Angliæ, Norwegiæ, Sueciæ, Germaniæ, Hungariæ, Navarræ &c. *cupri fodinis ferre omnibus, cupri* $\frac{8-17}{100}$ *ferro & sulphuri nuptans, præterea nonnunquam pauxillum arsenici, rarius* e. gr. *in* Hungaria *argenti aurive continens, coloris utplurimum aurei interdum, (γ) pallidioris, aut in virescentem (β) aut (δ) fuscum vergentis, superficiei non raro viridis, cærulei, cuprei, vel variegati, rarius durum, quam duriusculum, rarius in crustas secedens, quam in grana, compactum, rarius texturæ planæ quam granularis, vel imperfecte conchaceæ, superficie interdum speculi instar nitente aut striata, vel vestigiis cubicis impressis inæquali, forma frequentissime communi, rarius globulorum, aut arbuscularum, aut crystallorum, nunc cubos, nunc pyramides triedras simplices cohærentes, nunc duplices tetraedras sæpe in series digestas referentium.*

campanaceum. 26. C. duriusculum ponderosum metallice nitens coloris ex cærulescente calybei.

Molin. Naturg. Chil. p. 74.

Klaproth Schr. naturf. Berl. Fr. 7. *p.* 160. &c.

Habitat in regni Chilensis, & Cornubiæ (*prope* Wheal Rock) *fodinis, sulphur & stannum præter cuprum continens, illud simul arsenicum, quo una cum sulphure per ignem dissipato massa cinerea superest, parandis per fusionem vasis inserviens, hoc præter sulphur* ($\frac{1}{4}$), *stannum* ($\frac{34}{100}$), *& cuprum* ($\frac{36}{100}$) *ferrum* $\frac{3}{100}$ *continens, granitæ fatiscenti innidulans.*

aurichalceum. 27. C. coloris aurichalcei metallice nitens malleabile.

Molina Naturg. Chil. p. 77. Cuprum (laxense) zinco naturaliter mixtum.

Habitat in colle provinciæ Chilensis Huilquilemu, *ad fluvium* Laxa *posito, ex cupro & zinci conflatum.*

cornubicum. 28. C. sulphuri, zinco, stanno, & arsenico junctum cinereum.

Raspe nov. act. Petrop. 3. *hist. p.* 67.

Habitat in Cornubia; *an distincta species?*

vitratum. Kuferglas. 29. C. molle metallice nitens, coloris plumbei igne facile liquescens.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 144. *n.* 6. Cuprum mineralisatum pyriticosum sectile canum ♀.

Cronst. miner. §. 195. Cuprum sulphure mineralisatum.

Waller. min. 264. Minera cupri grisea.

Waller. syst. miner. p. 277. *n.* 4. Cuprum sulphure mineralisatum, minera obscure nitente grisea molli.

Habitat superficiale, minoribus particulis majoribusve frustis aliis fossilibus innidulans in montium Sibiriae altaicorum, *in* Laponiae (*prope* Ruffenika & Swappavari,) Norwegiae (*in* Hitterthal, *prope* Bramble, Kongsberg., Ordel & Atwed,) Sueciae (*prope* Sunnerskog,) Scotiae (*prope* Erskin,) Angliae (*prope* Middleton Lyas,) Pyrenaeorum (*in pago* Malpatre,) Wirtembergiae (*prope* Schiltach,) Rhenanis (*prope* Fischbach, Rheinbreidenbach, Veldezenz, Berschweiler & Nohfelden,) Westphaliae (*prope* Stadtbergen,) Hassiae (*prope* Frankenberg,) Hercyniae (*prope* Lauterberg,) Thuringiae (*prope* Sangerhusam,) Saxoniae (*prope* Camsdorf, Deutschneudorf, Seifen, Sayda, Freyberg, Zinnwalde & Glashutte,) Bohemiae (*prope* Catharinenberg,) Austriae (*prope* Spiz,) Hungariae (*prope* Rosenau & Schmoelniz,) Temesiae (*prope* Saska & Dognaska,) & Transilvaniae (*prope* Dewa) *fodinis, ex solo cupro & sulphure constans, quo posteriori lente dissipato cuprum* ($\frac{60-70}{100}$) *superest, tenui modo sulphuris cortice obductum, rarius argenti miculas inspersa tenens, colore interdum in ferri colorem transeunte, aut in superficie variegato, rarius lamellosum, quam compactum, texturae planae, inaequalis vel minutim conchaceae, forma utplurimum communi; nonnunqnam crystallorum prismata exilia hexaëdra, interdum pyramide triedra terminata, aut pyramides triedras simplices, aut tetraedras duplices solitarias aut in spicae e. gr. speciem aggregatas referentium.*

phlogisticum. **30. C. nigrum difficilius exardescens, sed flammam diu sustinens & in cineres fatiscens.**

Cronst. miner. §. 160. 6. 1. Minera cupri phlogistica.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 285. *n.* 13. Cuprum mineralisatum, materia bituminosa involutum, facie carbonaria.

Habitat in Sueciae *fodinis* (Nädkärr Daliae & *prope* Bispberg,) *litanthracem externa facie referens, cupro difficilius ex cineribus reducendo.*

88. NICCOLUM. ♂ Malleabile coloris albi in rufescentem vergentis, ponderis specifici=9000 : 1000.

Acidis facile solvendum, colorem viridem iis impertiens, natro quoque volatili, colorem cæruleum huic concilians.

Igne fixissimum, & æque difficulter liquandum, ac ferrum cusum, diutius efficaci igne in calcem viridem abiens, cum borace in vitrum hyacinthinum colliquandam.

ochraceum. 1. N. viride inconspicuum nitoris expers formæ communis.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 193. *n.* 5. Ochra cupri Nickoli pulverea viridi-flavescens.
Cronst. miner. §. 253. Ochra niccoli martialis.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 191. *n.* 2. Niccolum colore viridi efflorescens.
Habitat in niccoli *mineris fatiscentibus, earum superficiei insidens utplurimum superficiale, in* Saxoniæ (*prope* Johanngeorgenstadt, Annaberg, Freyberg,) Hercyniæ (*prope* Andreasberg,) Hassiæ (*prope* Rigelsdorf,) Sueciæ (*prope* Loos Helsingiæ,) *rarius argillæ innidulans, in* Sueciæ (*prope* Normardi Wermelandiæ,) *fodinis, coloris utplurimum dilute pomacei, rarius læte viridis, aut graminei, aut ex cæruleo viridis, præter niccoli calcem semper etiam aliquid ferreæ calcis continens.*

metallicum. 2. N. metallice nitens, aqua forti totum solvendum prunis inspersum arsenici fumum eructans.
Habitat in Bohemiæ (*prope* Joachimsthal,) Saxoniæ (*prope* Johanngeorgenstadt & Scheeberg,) & Hercyniæ (*prope* Andreasberg) *fodinis, nunc rubens, nunc fulvum, nunc ochroleucum, præter niccolum, ferrum, cobaltum, & ($\frac{6-25}{100}$) arsenicum continens.*

3. N.

sulphuratum. 3. N. metallice nitens, aqua forti non penitus solvendum, prunis inspersum arsenici fumum & sulphuris vaporem flammamque eructans.

Syst. nat. I. *p.* 170. *n.* 5. Arsenicum rubens cupreum.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 146. *n.* 16. Cuprum (Niccolum) mineralisatum arsenicale fulvum ♆, o–o, ♂.

Vogel miner. 409. Cuprum Nicolai.

Woltersd. miner. 28. Arsenicum fulvum splendens s. Pseudocobaltum.

Cartheus. miner. 58. Arsenicum mineralisatum informe, particulis rubicundis nitidis.

Waller. miner. 228. Arsenicum sulphure & cupro mineralisatum, minera difformi aëris modo rubente.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 189. *n.* 1. Niccolum ferro & cobalto arsenicatis & sulphuratis mineralisatum, minera difformi flavo-rubente.

Cronst. miner. §. 254. Niccolum ferro & cobalto arsenicatis & sulphuratis mineralisatum.

Cronst. act. Stockh. 1751. 1754. Niccolum.

Just. miner. 184. Kupfernickel.

Gens. cadm. 20. *n.* 32. Cobaltum aëris modo lucens.

Habitat una cum cobalto, in Sibiriæ, Sueciæ (*prope* Loos Helsingiæ,) Cornubiæ (*prope* Triego,) Arragoniæ (*prope* Gustoan,) Delphinatus (*prope* Allamont,) Hercyniæ (*prope* S. Andreasberg,) Hassiæ (*prope* Biber *&* Riegelsdorf,) Thuringiæ (*prope* Saalfeld *& in comitatu* Mansfeld,) Saxoniæ (*prope* Hohenstein, Annaberg, Schneeberg *&* Johanngeorgenstadt,) Bohemiæ (*prope* Joachimsthal,) *&* Stiriæ (*prope* Schladming) *fodinis, igni expositum calcem viridem relinquens, & sæpe cum jactura nitoris superficialis tincta viridi efflorescens, coloris cuprei, rarius ocroleuci vel cinerei, nunc compactum, nunc minutim lamellosum, præter niccolum ferrum, cobaltum arsenicum & sulphur continens, interdum wismutum aut cuprum, rarius argentum, rarissime aurum inspersum habens.*

89. WISMUTUM. Molle, fragile, lamellosum, argenticolor, cum jactura nitoris superficialis colorem flavicantem vel rufescentem mutans, ponderis specifici = 9700 : 1000.

W

Igne facilime liquandum & in calcem primo flavicantem tum rubram abiens, quæ vitris fuscum colorem impertitus.

Solutione in acidis excolore, per aquam meracam lactescente & præcipitanda.

nativum. 1. W. nudum aqua forti totum solvendum, metallice nitens.
Syst. nat. I. *p.* 173. *n.* 1. XII. 3. *p.* 128. *n.* 1. *Mus. Tessin.* 52. *n.* 1. *Carth. miner.* 54. Wismutum nativum.
Cronst. miner. §. 220. *Just. miner.* 158. *Waller. syst. miner.* 2. *p.* 205. *n.* 1. Wismutum nativum.
Waller. miner. 242. Wismutum nativum tenuibus lamellis adhærens.
Woltersd. miner. 28. Wismutum nudum nativum.
β) *Waller. syst. miner.* 2. *p.* 208. *n.* 4. Minera wismuti versicolor.

Habitat, frequentissime una cum cobalto, rarius omni arsenico argentove carens, utplurimum quartzo, barytidi, petrosilici, vel arenario inhærens, in Sueciæ, (Dalecarliæ, *paroecia* Stora Skedwi, *etiam prope* Loos & Losasen,) Sevennarum Galliæ (*prope* S. Sauveur,) Saxoniæ, Bohemiæ (*prope* Joachimsthal,) Wirtembergiæ, (*prope* Alpirspach,) Temesiæ, & (*prope* Salathna,) Transilvaniæ *fodinis, argentum sæpe colore & nitore æmulans, aut in superficie rufescens, pomaceum iridisve coloribus ludens in grana secedens, nunc superficiale, nunc venæ instar matricem percurrens, nunc majoribus frustis huic innidulans, lamellosum, rarius compactum aut stellatim fibrosum, aut texturæ ad radiatam accedentis, superficie interdum arbuscularum imaginibus picta, aut sulcis decussantibus exarata, aut plumæ instar striata, inter-*

dum cellulosum aut erosum, formæ utplurimum communis, nonnunquam stillatitiæ, arbuscularis, vel cubicæ.

ochraceum. 2. W. inconspicuum friabile formæ communis.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 193. *n.* 7. Ochra wismuti pulverea flavescens.
Cronst. min. §. 221. Wismutum calciforme pulverulentum.
Just. mineral. 165. Flos wismuti.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 209. *n.* 6. Wismutum terrestre pulverulentum flavescens.
Habitat, utplurimum wismuto nativo aut mineralisato fatiscentibus insidens, pulverulentum aut friabile, stramineum, ochroleucum vel cinereum.

sulphuratum. 3. W. metallice nitens, stannei coloris aqua forti non totum solvendum, prunis inspersum sulphuris flammam eructans.
Cronst. miner. §. 222. 1. Wismutum sulphure mineralisatum.
Waller. miner. 234. Wismutum arsenico, sulphure, cobalto mineralisatum.

commune. α) W. mineralisatum albo-flavescens micans, o—o, ♃. *Syst. nat.* I. *p.* 172. *n.* 2. XII. 3. *p.* 128. *n.* 2.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 207. *n.* 3. Wismutum sulphure & arsenico mineralisatum, squamulis aut particulis micans.

iners. β) W. mineralisatum nitens sublaminosum ♃. *Syst. nat.* XII. 3. *p.* 128. *n.* 4.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 206. *n.* 2. Wismutum sulphure mineralisatum, minera alba cærulescente laminosa.
Habitat in Sueciæ (*prope* Riddarhytta, Stripas, Bærninge *& in* Färila,) Saxoniæ (*prope* Altenberg,) Bohemiæ (*prope* Chuteniz,) & Hanoviæ (*prope* Biber) *fodinis, nunc minoribus particulis, nunc majoribus frustis quartzo, asbesto, ferro spatoso innidulans, coloris stannei, superficie interdum flavicante, sæpe arsenico fœtum, aut cobalti particulis immistis dives, radiatum aut lamellosum, posteriori in casu galenam interdum imitans.*

martiale. 4. W. metallice nitens cinereum, aqua forti non totum solvendum, prunis inspersum sulphuris flammam eructans.
Syst. nat. XII. 3 *p.* 128. *n.* 3. Wismutum mineralisatum, lamellis cuneatis.
Cronst. miner §. 223. 2. Wismutum ferro sulphurato mineralisatum.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 208. *n.* 5. Wismutum sulphure & ferro mineralisatum in minera lamellis cuneiformibus composita.

Habitat in Norwegia (*prope* Gellebek,) *texturæ radiatæ, præter wismutum & sulphur ferrum continens.*

90. ARGENTUM. Summopere malleabile & ductile, sonorum, album, coloris & nitoris tenacius, ponderis specifici = 10595 : 1000.
☽ Igne difficilius liquandum, meracum vix in calcem vitrumve convertendum, ipsi plumbi vitro pertinacissime resistens, fixum, calce vitris opalinam turbiditatem concilians.
Acidis, quibus solvitur nullum colorem impertinens.

nativum. 1. A malleabile ductile intus metallice nitens, aqua forti totum solvendum.

Syst. nat. I. *p.* 183. *n.* 1. XII. 3. *p.* 148. *n.* 1. Argentum nudum.

Woltersd. miner. 29. *Waller. miner.* 307. *syst. miner.* 2. *p.* 328. *n.* 1. Argentum nativum.

Cronst. miner. §. 167. Argentum purum nativum.

Cartheus. miner. 75. Argentum nudum malleabile.

Habitat nunc superficiale, (e.gr. *in* Norwegiæ *prope* Kongsberg, Angliæ, Saxoniæ) *prope* Johanngeorgenstadt, Schneeberg, Freyberg & *ad* Baerenstein, Wirtembergiæ v. gr. *prope* Schiltac & *in* Christophsthal, Austriæ *prope* Annaberg, Hungariæ *prope* Kapnik *fodinis*, *nunc venæ instar matricem percurrens*, *nunc frustis majoribus*, *vel* (*larvatum*) *particulis minutissimis nudo certe oculo non usurpandis aliis fossilibus omnis fere classis & generis inspersum*, *in regni* Peruani (*prope* Potosi,) Chilensis, Mexicani *fodinis*, Sibiriæ *montibus* altaicis, *præsertim monte* Schlangenberg, Norwegiæ (*prope* Kongsberg,) Sueciæ (*prope* Uto, Normark, Sunnerskog, Dal & Lofasen,

Hispania (*prope* Guadalcanal,) Britanniæ (*prope* Huclyvat,) Hercyniæ (*prope* Andreasberg,) Bipontii (*ad montem* Stahlberg,) Nassovia, Fürstenbergiæ (*prope* Wittichen & Reinerzau,) Wirtembergiæ (*prope* Schiltach & *olim in* Murgthal,) Thuringiæ (*prope* Saalfeld,) Saxoniæ *prope* Berggieshübel, Memmendorf, Bræunsdorf, Freyberg, Marienberg, Ehrenfriedersdorf, Breitenbrunn, *ad montem* Bærenstein, *prope* Schlettau, Waltersdorf, Annaberg, Chemniz, Raschau, Schneeberg, Geier & Johanngeorgenstadt,) Bohemiæ (*prope* Joachimsthal, Aberdan, Prèsniz, Mies, Gatharinenberg, Ratieborziz, Budweis, Kuttenberg, Tabor & Przibram, Franconiæ (*prope* Ilmenau,) Bavariæ (*prope* Creisdorf,) Tirolis, Austriæ (*prope* Annaberg,) Hungariæ (*prope* Schemniz, Fellobanya, Ujbanya, Schmoelniz & Kapnik,) & Transilvaniæ (*prope* Nagyag & Kisbanya) *fodinis, rarissime omnis cupri & auri expers, interdum quoque ferri pauxillum continens, superficie interdum nitore priva nigra vel lutea, superficie sæpe striata, interdum plumæ ad instar, aut vestigiis cubicis vel pyramidalibus inæquali forma sæpius communi, alias bracteas, dentes, setas, fila, capillos, telam aranearum, externa facie referens, aut forma crystallorum exilium, prismatum hexaedrorum compressorum, acicularum, pyramidum simplicium triaedrarum, vel duplicium tetraedrarum, vel cuborum, utplurimum gregariorum, sparsorum, aut in series, fasciculos, pyramides, ramos, arbuscula, fila, denticulorum speciem aggregatorum conspicuum.*

butyraceum. 2. A. inconspicuum friabile, pelliculis tenuibus spata intertextis.

v. Born ind. foss. 2. *p.* 110. Buttermilcherz.

Habitat (olim) in Hercyniæ *fodinis* (*prope* Andreasberg *præsertim fodina* S. Georgii, *pelliculis albis, cæruleis aut subfuscis.*

nigrum. 3. A. aterrimum friabile ponderosum cum aqua forti effervescens tritura demum metallice nitens.

Syst. nat. I. *p.* 183. *n.* 6. XII. 3. *p.* 150. *n.* 9. Argentum obscurum fuliginosum o—o, ♀.

Cartheus. miner. 76. Argentum mineralisatum continuum nigricans.

Cronst. miner. §. 170. 3. 1. Argentum arsènico & cupro sulphuratis mineralisatum.

Waller. min. 312. Argentum sulphure, arsenico, cupro & ferro mineralisatum, minera nigra s. fuliginea.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 335. *n.* 6. Argentum arsenico, sulphure & cupro mineralisatum, minera nigra fuliginea.

Habitat in Siciliæ (*ad montem* Niso,) Britanniæ (*prope* Huelgoat,) *potissimum* Saxoniæ (*prope* Johanngeorgenstadt; Raschan, Marienberg *&* Annaberg) *fodinis*, *ex argento albo fatiscente*, *sæpe nascens*, *nunc corticis instar aliis mineris super inductum*; *nunc minoribus particulis inspersum*, *nunc per barytidem dispersum*, *huncque nigro tinctu perfundens*, *non raro cavis argenti cornei globis inclusum*, *sæpe pulverulentum*, *argenti dives*, *præter quod sulphur*, *crebro etiam arsenicum & cuprum*, *nonnunquam quoque ferrum continet.*

corneum. 4. A. ponderosum molle malleabile nitoris metallici expers
Hornerz. subdiaphanum igne facilime liquandum & fumi albi fœtidi forma tandem totum volatile.

Syst. nat. I. *p.* 183. *n.* 3. Argentum diaphanum lamellosum.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 148. *n.* 2. Argentum mineralisatum submalleabile subdiaphanum micans ♣, o–o.

Cartheus. min. 75. Argentum mineralisatum fusco flavum subdiaphanum fragile.

Cronst. miner. §. 176. Argentum acido salis solutum & mineralisatum.

Waller. miner. 308. Argentum sulphure & arsenico mineralisatum, minera malleabili vitrea candelæ igne liquabili.

Waller. syst. min. 2. *p.* 331. *n.* 3. Argentum acido salis mineralisatum, minera semipellucida lamellosa cornea igne candelæ liquabili.

Habitat rarius, *minori semper profunditate*, *quam reliquæ argenti mineræ*, *occurens*, *interdum argento nativo in scriniis humidis asservato*, *aut in monetas cuso & per aliquod temporis spatium in mare detruso*, *nascens*, *in* Hungariæ (*prope* Schemniz,) Bohemiæ (*olim prope* Weiperth, Gottesgab *&* Joachimsthal,) *potissimum* Saxoniæ (*prope* Raschau, Oberschœna, Marienberg, Freyberg, Annaberg, Schneeberg, *præsertim* Johanngeorgenstadt,) Norwegiæ (*prope* Kongsberg,) Alsatiæ (*prope* Fanum S. Mariæ,) Delphinatus (*prope* Allemont, (Hispaniæ (*prope* Guadalcanal,) *regni* Mexicani, Peruani (*prope* Potosi & Chilensis, *montium* Sibiriæ altaicorum *fodinis*, *ad candelam ceræ aut sebi instar fluens*, *& coram tubo ferruminatorio in carbone examinatum paucula argenti grana relin-*

quens, argenti ditissimum, quod muriæ & vitrioli acido junctum est, rarius tam copioso, ut in aëre deliquescat, interdum ferri, argillæ, terræ calcariæ, quartzi, etiam sulphuris particulas admixtas habens, a posteriori fragile, rarius pulverulentum aut lutosum, quam induratum, exterius sæpe pinguedinis instar nitens, intus compactum & terreum, rarius versicolor, flavum, aut niveum (in posteriori casu ad aërem violaceum tinctum sensim induens,) quam margaritaceum, viride, violaceum, cæruleum, hepaticum aut subfuscum, crebro formæ communis, ut tamen etiam in massis ovum vel sphæram referentibus intus cavis, aut capillis subtilissimis, in pellis speciem aggregatis, aut crystallis exilibus extrinsecus sæpe speculi instar nitentibus, rarius cruciatis, acicularibus, aut parallelepipedis, quam cubicis, frequentius aggregatis occurrat.

Electrum. 5. A. malleabile ductile metallice nitens flavicans aqua forti non totum solvendam.

v. Veltheim n. Entd, Chem. 7. *p.* 75.

Habitat in Sibiriæ *monte* Schlangenberg, Norwegiæ *fodinis* (*prope* Kongsberg,) *ex argenti & auri interdum æquali portione conflatum, ut aqua forti tentatum semper aurum relinquat.*

stibiatum. 6. A. metallice nitens malleabile stanneum durissimum lamellosum, igni expositum neque sulphuris neque arsenici vaporem emittens, aqua forti tentatum calcem albam relinquens.

Sell Magaz. Bergbauk. 3. 1786. *n.* 1. *p.* 1.

Habitat in Furstenbergiæ *fodina* S. Wenceslai *prope* Wolfach, *ex argento* ($\frac{7}{10}$-$\frac{1}{4}$) *& stibio nativo interdum etiam ferri particula conflatum, hinc coram tubo ferruminatorio igne exploratum fumum album eructans, & tandem meracum argentum reliquens, hydrargyro facile nubens, in grana secedens, ad aërem sæpe extrinsecus flavescens aut rufescens, in pulverem nigricantem conterendum, qui magnetem non sequitur, spato aut barytidi innidulans, formæ utplurimum communis, interdum prismata tetraëdra aut hexaëdra in cuneos aut fasciculos aggregata referens.*

arsenicatum. 7. A. metallice nitens igne facile liquescens & arsenici fumum eructans.

Werner Samml. z. Phys. u. Naturg. 1. *p. St.* 4. *p.* 454.

Habitat nunc stannei coloris & nitoris, pauxillum quoque ferri continens, majoribus minoribusve partibus aliis inspersum, argento dives, in Herciniæ *fodinis, prope* Andreasberg, *nunc ochroleucum, durum, intus fibrosum argenti* $\frac{9}{10}$ *continens, nunc molle, ut secari cultro queat, & incurvo-lamellosum, argenti minorem* ($\frac{2-3}{800}$) *copiam continens, in* Hispaniæ *fodinis prope* Guadalcanal, *utplurimum ex mero argento & arsenico nativo constans.*

molybdænatum. 8. A. metallice nitens, lamellis tenuibus flexilibus.
Ferber nov. act. Petrop. 3. *p.* 267.
Habitat in Hungaria (*prope* Deutschpilsen) *ex argento, molybdæna & ferro constans.*

Nagyagense. 9. A. metallice nitens, lamellis flexilibus, coloris inter stanneum & ferreum intermedii.
Karst. Lesk. Mineralk. Vowede.
Habitat in Transilvaniæ *fodinis prope* Nagyag, *ad aurum* Nagyagense *externa facie proxime accendens; an huc spectat?*

vitreum. 10. A. plumbicolor facilime & cum vapore flammaque sulphurea igne liquescens opacum ponderosissimum molle tenax.
Syst. nat. I. *p.* 183. *n.* 2. Argentum malleabile.
Syst. nat. XII. 3. *p.* 148. *n.* 3. Argentum mineralisatum sectile malleabile plumbicolorum ♃.
Cartheus. miner. 75. Argentum mineralisatum griseum splendens malleabile.
Woltersd. miner. 29. Argentum plumbei coloris splendens malleabile.
Waller. miner. 308. Argentum sulphure mineralisatum, minera malleabili vitrea, candelæ igne liquabili.
Willer. Syst. miner. 2. *p.* 329. *n.* 2. Argentum sulphure mineralisatum, minera malleabili vitrea facile fusibili.
Cronst. miner. §. 168. 2. 1. Argentum sulphure mineralisatum.
Habitat in Sibiriæ *monte* Schlangenberg, *in* Norwegiæ (*prope* Kongsberg,) Hercyniæ (*prope* Andreasberg,) Saxoniæ (*prope* Freyberg, Bræunsdorf, Oberschoena, Schneeberg, Annaberg, Johanngeorgenstadt, & *in monte* Rammelsberg,) Bohemiæ (*prope* Joachimsthal, Aberdam, Przibram, Jungwoschiz, Ratieborziz, *olim quoque* Kuttenplan,) Hungariæ (*prope* Schemniz,) Wirtembergiæ (*prope* Reinerzau & Eberspach,) Furstenbergiæ

(*prope* Wittichen,) Alsatiæ (*prope* fanum S. Mariæ,) Delphinatus (*prope* Allemont,) Sabaudiæ (*prope* la Sourde,) Hispaniæ (*prope* Guadalcanal,) *regni* Chilensis & novæ Hispaniæ *fodinis; superficiale, venæ instar percurrens alia fossilia, aut punctatim vel per maculas his inspersum, aut inclusum aut massis majoribus obvium, ½ & ultra argenti continens, hocque igni expositum meracum relinquens, quippe soli sulphuri, rarius exiguæ arsenici aut auri portioni simul junctum, compactum, superficie interdum chalybem induratam, aut colorem ex atro cæruleum, vel iridis colores referente, vel fatiscente, interdum ab immixto arsenico & cobalto ex cinereo rufescente, crebro formæ communis, at quoque arosum, cellulosum, sulcis decussantibus, vestigiis cubicis aliisque inæquale, capillare, filiforme, dentes, globulos solitarios vel aggregatos, stirias æmulans, vel crystallos exiles, at quidem pyramides simplices triadras, vel duplices tetraedras, cubos, vel prismata, tetraedra, octoedra, utrinque pyramidata; vel hexaedra, nunc ad latera truncata, & utrinque in aciem obtusam terminata, nunc pyramide tetraedra vel triedra terminata, singulas rarius solitarias, quam sparsim, aut in scalarum, gemmarum, ramorum, fruticulorum, arbuscularum, antennarum speciem aggregatas referens.*

fragile. 11. A. ex plumbeo atrum metallici nitoris expers opacum facilime & cum vapore flammaque sulphuris liquescens fragile.

Vogel mineralf. p. 445. Rœschgewæchs.

Habitat in Delphinatus (*prope* Allamont,) Saxoniæ (*prope* Freyberg, Grosvoigtsberg, Schneeberg, Annaberg, Johanngeorgenstadt & Oberwiesenthal,) Bohemiæ (*prope* Ratieborziz,) Hungariæ (*prope* Cremniz & Scheminz) & Sibiriæ (*in monte* Schlangenberg (*fodinis, superficiale, aut minoribus majoribusve partibus aliis fossilibus potissimum quartzo insperfum, sulphuris majorem, quam quidem vitreum, portionem, & præterea pauxillum ferri, crebro etiam cupri continens, hinc igne tortum vix purum argentum relinquens, texturæ minutim conchaceæ, forma crebro communi, non raro crystallorum, utplurimum exilium, lentes, tabulas, interdum cellulose connatas, vel prismata hexaedra, nonnunquam longitudinaliter striata, truncata aut pyramide tetraedra vel hexaedra terminata, interdum in rhombi speciem aggregata referens.*

nitens. 12. A. nitens coloris plumbei ponderosum lamellosum fragile igne facile liquescens.

Renovanz v. alt. Geb. p. 137.

Habitat in Sibiriæ *monte* Schlangenberg, *petrosilicis fissuras explens, igne dum liquatur in duas partes cuprum quod vocant nigrum, & argentum vitreum abiens, posteriori quoque, dum conteritur, ob majorem tenacitatem facile separando, ut ex cupro vitrato, & argento vitreo conflatum esse videatur, aquam etiam fortem & salis ammoniaci spiritum cæruleo colore perfundens, dimidium sui ponderis argentum, $\frac{16-17}{100}$ cupri, interdum etiam pauxillum auri continens.*

rubrum 12. Rothgülden. A. ponderosum tritura rubens intus parum nitens, igne decrepitans & paulo post arsenici vaporem eructando liquescens.

Syst. nat. I. *p.* 183. *n.* 5. Argentum rubescens polyëdrum glandulosum.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 149. *n.* 4. Argentum rubescens tritura rubra ♀, o–o.

Woltersd. miner. 29. Argentum rubrum diaphanum & opacum.

Cronst. miner. §. 169. Argentum sulphure, ferro & arsenico mineralisatum.

Cartheus. miner. 76. Argentum mineralisatum rubrum splendens.

Waller. miner. 315. Argentum arsenico, pauco sulphure & ferro mineralisatum, minera rubra ante ignitionem liquabili.

Waller. syst. miner. 2. *p.* 333. *n.* 4. Argentum arsenico & sulphure mineralisatum, minera rubra ante ignitionem fusibili.

Habitat in Sibiriæ (*in monte* Schlangenberg,) novæ Hispaniæ, *regni* Peruani & Chilensis, Hispaniæ (*prope* Cazalla & Guadalcanal,) Galliæ (*prope* Allamont & fanum S. Mariæ,) Fürstenbergiæ (*prope* Wittichen, Wirtembergiæ (*prope* Reinertsau & Schiltach,) Herciniæ (*prope* Clausthal, & S. Andreasberg,) Saxoniæ (*prope* Freyberg, Bræunsdorf, Oberschœna, Gros, & Kleinvoigtsberg, Tschopau, Ehrenfriedersdorf, Marienberg, Schneeberg, Annaberg, Raschau & Johanngeorgenstadt, Bohemiæ (*prope* Joachimsthal, Aberdam, Altwoschiz, Jungwoschiz, & Ratieborziz,) Hungariæ (*prope* Cremniz, Schemniz, & *inter* Schemniz & Koenigsberg,) & Transilva-

niæ (*prope* Boiza) *fodonis*, *sæpe cum pyrite*, *arsenico nativo*, *galena*. *argenio vitreo*, *aliisque argenti mineris nunc superficiale*, *nunc minoribus particulis majoribusve massis quartzo creberrime & petrosilici inspersum*, *cave penetrans & tingens*, *pro aliqua tantum parte aqua forti solvendum*, *quamvis argenti ad* $\frac{3}{5}$ *contineat*, *arsenico* ($\frac{27}{100}$), *sulphuri* ($\frac{13}{100}$), *& interdum quoque exiguæ ferri portioni juncti*, *pelluciditatis gradu*, *coloris intensitate*, *textura & forma externa varians*, *opacum subopacum* (*obscurius tinctum*,) *diaphanum*, (*in crystallis*) *semipellucidum*, *aut pellucidum*, *coloris lætioris*, *lateritii*, *cinnabarini*, *aut inter sanguineum & coccionellæ æmulum intermedii*, *vel obscurioris*, *coccionellæ æmuli*, *kermesini*, *adeo plumbei*, *& ferrei*, *ut tamen tritura semper rubenti*, *utplurimum compactum*, *texturæ planæ*, *conchaceæ vel inæqualis*, *rarius lamellosum*, *forma creberrime communi*, *interdum crystallorum utplurimum aggregatarum*, *polyedra*, *vel prismata hexaedra*, *interdnm longitudinaliter striata*, *sæpe acicularia*, *alterutro vel utroque fine pyramide triedra*, *vel hexaedra terminata*, *fasciculata vel in reticuli speciem disposita*, *vel pyramides simplices triedras*, *frequentius hexaedras elongatas acuminatas*, *interdum ad apicem altera triedra auctas*, *sparsim*, *fasciculatim aut stellatim congestas referentium*.

album. Weisgülden. 14. A. opacum metallice nitens compactum ponderosum coloris dilute plumbei trituræ similis, igni expositum sulphuris arsenicique vaporem emittens, fragile.

Syst. nat. I. *p.* 183. *n.* 4. Argentum albidum informe fragile.

Syst. nat. XII. 3. *p.* 149. *n.* 5. Argentum mineralisatum cupri arsenicalis tritura albida. o—o, ♀, ♆.

Woltersd. miner. 29. Argentum albo-griseum splendens cupro mixtum.

Cronst. miner. §. 170. 3. 2. Argentum arsenico cupro & ferro sulphurato mineralisatum.

Waller. miner. 315. *syst. miner.* 2. *p.* 334. *n.* 5. Argentum arsenico, sulphure & cupro mineralisatum minera micante alba.

Cartheus. miner. 75. Argentum mineralisatum albescens splendens.

Habitat in Saxoniæ (*prope* Freyberg,) Bohemiæ (*prope* Ratieborziz & Wobezniz,) Hungariæ (*prope* Cremniz, Schemniz & Kapnik,) Transilvaniæ (*prope* Facebai,) Siciliæ (*ad montem* Niso & *prope* Fondachelli,) & Alfa-

tiæ (*prope* Markirch?) *fodinis*, *rarius superficiale*, *quam aliis fossilibus innidulans*, *vix ultra* $\frac{1}{20}$ *argenti continens*, *quod præter sulphur & arsenicum cuprum*, *nonnunquam quoque ferrum sibi junctum habet*, *triturâ nitorem exaltans*, *in fragmenta indeterminata dissiliens*, *texturæ utplurimum planæ*, *formæ frequentius communis*, *quam crystallinæ*.

91. PLUMBUM. ♄ Ex cærulescente album, ad aërem nigrescens, malleabile, molle, mutum, ponderis specifici = 11450, 1000.
Igne facile liquescens, superficie iridis coloribus ludente, sensim abiens in calcem primo albam, tum griseam, flavam denique rubram, facilime in vitream convertendam.
Acidis omnibus solvendum, quibus colorem quidem nullum, at saporem dulcem impertitur colore albo iterum præcipitandum.

nativum. 1. Pl. nudum. *Syst. nat.* I. *p.* 180. *n.* 1. *Mus. Tessin.* 62. *n.* 1.
Cartheus. miner. 65. Plumbum nudum granulatum.
Waller miner. 272. Plumbum nativum.
Habitat in Germania, *an unquam vere nativum?*

ochraceum. 2. Pl. pulverulentum nitoris metallici expers, aqua forti totum cum effervescentia solvendum, in prunis facile in plumbum metallicum reducendum.
Syst. nat. I. *p.* 205. *n.* 5. XII. 3. *p.* 193. *n.* 7. Ochra plumbi pulverea albida.
Cartheus. miner. 66. Plumbum terrestre ochraceum.
Cronst. miner. §. 37. & 184. 1. A. 1. Terra calcarea cerussa nativa intime mista & Minera plumbi calciformi: pura pulverulenta.
Waller. syst. miner. 2. *p.* 313. *n.* 13. a. b. Plumbum facie & consistentia terrea.

Habitat rarius aliis fossilibus, majoribus præsertim frustis inspersum, quam superficiei minerarum plumbi fatiscentium inhærens, aërem fixum continens, ut tamen 40-75 plumbi libras ex centum largiatur, non raro cretam sibi immixtam habens, aut ferri calce intersita (*in* Saxonia *prope* Freyberg & Tschopau,) Hercynia (*prope* Wildenman,) *electoratu* Trevirensi (*in* Langenhecke) *cinereo, aut* (*in* Scotiæ Leadhills) *cærulescente, aut* (*in* Angliæ Lathgilldalemine) *flavicante, aut in eadem fodina, in* Scotiæ Leadhills, *in* Sibiriæ *fodinis* Beresowkensibus) *flavo colore tinctum, alias* e. gr. *in* Sueciæ *monte* Christieersberg, *in* Angliæ *fodini prope* Elton & Lathgilldale, *in* Hercynia *prope* Lettenbruchen, *in* Saxonia *prope* Johanngeorgenstadt, *album, coram tubo ferruminatorio in carbone primo candens tum liquescens, ex solutione in aqua forti per muriæ & vitridi acidum forma sedimenti albi, per zincum & ferrum forma metallice præcipitandum.*

terreum. 3. Pl. inconspicuum intus terreum aqua forti cum effervescentia solvendum.

Waller syst. miner. 2. *p.* 310. *n.* 10. & *p.* 313. *n.* 13. e. Plumbum terrestre vel lapideum calcareo lapide mineralisatum, & Terra plumbaria rubra.

Cronst. miner. §. 38. & §. 184. 1. A. 2. Terra calcarea cerussa nativa intime mixta & Cerussa nativa indurata.

Habitat in Sueciæ *monte* Christiersberg, *in* Angliæ (*præsertim comitatus* Derbyensis *prope* Winster, *etiam prope* Alstonmcor Cambriæ & *prope* Paris mountain,) Britanniæ (*prope* Poullaeuen,) Lotharingiæ, Alsatiæ (*prope* Geroldsek,) Bipontii (*prope* Nohfelden,) Eifaliæ (*prope* Call,) Hercyniæ (*potissimum prope* Cellerfeld,) Saxoniæ (*prope* Freyberg, Tschopau & Johanngeorgenstadt) Bohemiæ (*prope* Mies & Bleystadt,) Carinthiæ (*prope* Bleyberg, Tirolis,) Austriæ (*prope* Tirniz,) Hungariæ (*prope* Schemniz,) Temeuæ (*prope* Saska) & Sibiriæ *fodinis, sæpius massis majoribus aliis fossilibus innidulans, rarius stillatitium, album, cærulescens aut cæruleum, quam formæ communis, cinereum, flavicans, sulphureum, flavum, rubrum, rufescens, spadiceum, fuscum, nigricans vel atrum.*

micaceum. 4. Pl. attactu pingue lamellosum, nitore & colore ad argentum accedens.

v. *Bose Schr. berl. Naturf.* 8. *p.* 204.

Habitat, utplurimum una cum plumbo spatoso, in Hercyniæ *fodina* (Bergmanstrost *prope* Andreasberg,) *lamellis creberrime pluribus sibi incumbentibus.*

vitreum. 5. Pl. semipellucidum fragile texturæ nitorisque vitrei, formæ communis.

